no pauperes no honores male no
ngla male neq aliqmd mhoc sted
nd mstes du tractatur tm mo p
con / vnde manet studiosr / pos de
telma amalo z pac zc pe ei. Et quid
o qm nob nocebit si bn sr
d. mulus mu pys e. Reducte ad
nacles ham i p z nos can que
ad cos pme m nu natum mpedi
cabit affert em pcm cmia bona
z mser cmia mala. Cm gulam
aute trucndo e mortale / qz cmia
dnpnat z celsa glia fuat / et qz
no plac vemalia sz z mortalia sic
m malitia suz sne vemalia pa
tcdma so aliqua mortalia alsp
clemss facut normalo z malic
ulosz que z corpus z dam lednic
cmia que fiant quidam alia ui
de quam lctant cdem mpnt /
nō sm̄ quc corpus lednic de de
gula / de hac dcit pverbm malia
mdus esse mam epulatoc et
no tedsondas sup omes sdam /
in milib o esus cdt mpedimtis pp
ampulam multa pricamt / cui au
absteneo est addnct advitaz glo p
timonia z laudat pn hystam / cu
pulam vsupat que ad infirmitat
producit dupnem / no est de
illa que ad mmis e replcra non
pt adus mea dcocpm adplemt
dne e de cthomatico qm e qi olia
mhomico dn on mmis nplcbit vn
digestio que mpcia celebrantur
no valt laudo pstri vnde et m
sanguinis no bn dcretia manet
hmc e q an adepar infirmitat
z prepar ad reteni membra q fa
guid laudr no est dcretus mdi
us membris ad que pruemt / sic ho
qui calculosus / cu adepar / dno
pcius uel ibi genat infirmitat / uel
ad caulos / circularem dolorem gelat
intestinis dolorem dcnal in vmis
qui aritam / hmc e q dno debe
homi pcius magno qualibz mmis
eo os debit e eadem breue colu
pp tempanca / no debt e nummac
tic embustam alsp qualibz emcd
q melius mb dcleantur z sic mo
do cocdit dc pryj. e regalia /
colera z eozma vio mpumto /
compmus silucnus mlos pro luce
vry. e Attendite ne gnuentur co
da uid / cdm e suomet hs scri
pus libr gnuit dor vj. e z no sor
meatur / mare pus stiu pcrat et
linea que mltis sucurit mortmc
tauis mane / vnde eadem subtrahi
nō de angstia et cautena uel cua
de gmlnstam alsp qm dicue qualia
sup sibi corpus e vole edemu sic
incugnis nec qua alia que nan
cormit et tpate vnde sepulc cor
tuis z in mdemtus e tangre corpi
dissoluē cui vita p gnis ab breui
at et io cleophas dicatissime vnde
q ingrate qmat et sibidm non
uacat ut dicat augsto et cautena
z poline fuat cuiz multos calu
los / se fuat hre strangurmca se
fuat leprosos qnp / Cuat autem
lebic mand mpnia sic z multo am
plius duiz insides vmo gnauss /
cem machma mrbz mais exue
bn dcat maxima q tu embelliz
ubi plusuria torquebar luxuri
si q omis inbulacad que dna le
gr simbi uel cayeam pe p tpe p
na mmoz sic illa z halido vt ad
cmetatc z si no admtc sione pro
qualibz em nec tot mulbus dnoz

Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum et opprobrium non accepit adversus proximos suos. Ad nichilum deductus est malignus in conspectu eius timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo et non decipit. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit. Qui facit hec non movebitur in eternum.

Item de confessionibus et tribus regnis et quomodo regno tam deus quam dyabolus habeat plures et que hoc habeant de tentationibus et catibus quos ut legitur

Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum et opprobrium non accepit adversus proximos suos. Ad nichilum deductus est malignus in conspectu eius timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo et non decipit. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit. Qui facit hec non movebitur in eternum.

Et est amalis pri sm dmmtatc mor/ autem pri ꝙ dmdmtatc ctu dnoc ꝙ/ ctu dñi et legetur ꝙ dem rcrisset be/ nadab sno, pono silq; nrchsset fac/ zpsti ꝙ adhuc qnal duo pru gregem/ capnas. Cuiy autc replcucrimc tram/ ꝯz uam rctcnscrcuc oms qm sme de/ corcu benadab i dyali multa essent/ ꝯ uo rctcnscrcmc oms qm fuc dm/ hcu mmo pauci m rcmigrcmc stre/ nscamus ꝙ ames z mrcmcmus ꝙ si/ nus i cbatus dyal uam rplcrimc uaz/ et ut taccam de tribus magnis cor/ ubz mcc quos deus nec unqꝫ hz/ z/ subcrcm paganorum et hcrcticoꝝ hz/ cm yn cbatus mcrcia dyabolus ꝙ/ qnlibz mmaz hz mlticudmc aqua/ cbatiꝫ hz dyal innio dcsimplis na/ qm sme, magnaqꝫ magna sup̃bia/ sme dcorcu suo ꝙc dico de magna/ in india, de magna dya, de magna et/ frequcnti acadia, de magna et mgi/ gula de magna auaricia deliquimꝰ/ dcorum oms mlcu sme, z bonoꝝ aue/ no sme msi deus cbatus aqua deus/ pu gregcꝫ capnas ubz cbatus in/ nocrncu z cbatus pcnitcncu, cba/ tus in nocrncu ut audcmus spalꝫ pus/ dmcr adultcꝝ, dcrmdus cbatus/ cxx pcnitcncu z gmdi spalꝫ pmus/ compat auec xpo capn̄o qz ub dnat/ glo cpi msimus alcu pcnc, dchao/ pauguctcc dc nyc aquila sue vrtat/ pauca uero cla ti. ancsio qmda mlta/ cpan; uero pauca cxx multa utq; omnz homb; qm sucrnc qm sue et/ qm cxmc sc flcctcrct. Cpan; uero pa/ nci qm pro illo sibi laborcnc diat/ pcsscrc alijs; deus z deus eo quo/ tot dampnaur. Quc ergo nos cx/ aut ut dampnaꝛcmur. Dño ꝙ deus/ miluꝛ ad hoc arcauit ut dampna/ rc nec culpam hz aliqua cpalis mis/ deus fidelis mitto no c mgmtas du/ las z cs pcrtinacmit ca no ipc cas/ dcm pc. Cm prim no stant rc Ez/ ꝙ mali dampnabuꝛ spi culpabilcs/ m hoc sme. Cuem oms mlcados da/ mnatoz dño saltem uerb ꝙ sm cp/ tulis ames eos saluas, Ez h anon/ nllatcs, ubi eos ꝓpnc ponit pauc n°/ amicos mscrit qui me viuit, unde/ z m ndicto sua ondit m nocrnaꝫ/ z cxz culpa dn libꝛ cappcnsuꝛ et/ ndicabit morcui qlibꝫ quc sspca/ sme mlib; sbi cn m cxmcrit ꝙ/ ꝓpcrabilꝫ xmt in mdio ut cxz ad/ pmaz pro hac flcxit mutatc hmc

ꝙ

ac ffulgur postquā aliquo uenis
cuit plumba in mabil ꝑ̄ Cui co
tritum in mabe gaudau qre mba
de illo gaudio dicit z b. augt et
plur alii sed Decons z breuit
concludit Cui dr̄e eu cōsignauit
homo qui nupsit uz duc mare
et scribe amas pe/ qmdo fuit ꝙ
qui nult dilui gaudio eligibili
tue sino nupsit qz nc amau ꝙ
om deo cui xxvii/ repl̄e sion
in enarrab. ps uniuersi tuū et
psalm cui gla tua cui nr̄i aial
to no prupsit ea que de sua et
no pe mchiqe cui plin aulca
diam z dr̄im ysse. n. i. e nc
sal̄onis duo in u complendus
rel̄ et ut de omb gaudio homo
nibus z duntaxat mfimas tacear
dōmb ꝺ Cap. xvi. d. sponsus
e thezaurus hominb/ dabit hom
uniu substantiā sue ꝓ uno
margarita que adeo pciosa e ꝙ
qualet omb que sit ut god
quam pne ꝓ qua qui uult uendat
supuos eccl̄ie/ dnō uendere
debuit omia sua cōparauit eam
und dicit dns in Hec dilect
z pulcra margarita e dilus z ꝓ
clara sicut de sole ipe deus que
tam delectabilis e adiuuand ut nc
pe angli inuid cōfmare pale
ant qua delectab. ste sus sibi dōb
ho Hec in sicut meritum et
ordo etne regnat ꝙ nupsit
uoy. Oriu cui sicut e z mide
bus sicut cui sponsa dr̄a ul di
uersalim et nos uidera no cui
i. aligna ignoran et no egebit
lime lucne neq lima sol z dr̄a
extens legis ul alienu/ medioci
pcrationis qm dns deus illumiabit
ea ul illos Et regnabut in scla
scloꝝ Hucusq glo. spe em nubil
homo ille qui ubiqe in regnum
longinqu i. molestie pnās accipe
ubi regni et redeat siz in iudicio
Et dabit sibi regnū ut ducat eā
te benedicat pus mei qz ꝓ ipse rex
Hoc est ꝙ hic dicit De regnabut
in secula seculoꝝ hāc nob ame

ille vngmb̄ sino de vngmtare
et eius commendatione mlipli
ci z que timenda sine vngmtibus
z deo ꝙ que vngmtas illustros

mulier eu nos dr̄i cantica de
spōso et nsti z h Cant. glo e
mulier cui i. dilgo uos dr̄a cui
tacet i. ad honorem dr̄i no mei
no glo sponsum dr̄i mundi et z do
amauit eu sponsū sum. sponsus eu so
cue sanctum laudis uo sanctum sponsi
z clar. Et sponso no sibi desponsa eu uos
i. d. ego uo dilgo uos qz ego qui sum
amicus sponsi desponduos no mulier
sum uos sc̄a eccl̄ia sponso uo deo/
eccl̄ies omnes unde ecce omis sino
una unigo ꝙ unitate sidei/ coniuge i. q/
habeam uos hinc ste glo. Et ꝙ plin/
vngmtas gmendabat z aligna de illa
dicemus? Quid igitur ꝙ vngmtes caste
milid ados dilgimus. no deo de vngm/
bus suis et dnīb hodie mcuīn que/
lampades hnt sino oleo/ vngmtatem/
sine unctuēb. deferentes illa hmoi
uenalem ꝙ plateas/ chorcas ꝙ specta
cla z ad mssas/ quib. ados ducentes
z se amantes ut cōpiscant Deambu
augst. de vngmtate scribit/ mdi
cide mupta mlier ꝙ nupsit ago
illa amo studet placere au data est
h mlier mereat cui dicat? et h aut
pudicitia cognitos defendit alia
ꝙ h maritū querit mturbat sanctū
vngmtis et quia sancta sine gmata
lampas sine oleo Dilect sine amo/
rentib. sine pupilla/ cor tuū sine aud
appetit sine cognitione sed sine sen/
sensa sine sensu/ ita n ꝙdest pa
rem hre vngmtis ꝙ mente quib m
pcepit talib. sanctis in iudicio ꝓ cor
sinis pulsatib. z diuersis/ sine
one aper. bis de one dns/ Cu
mus cui vngmtis ut tu z mr̄ tua
mtebit/ nescio uos quia cultores vn
gmtum mtis venalem/ de hmoi
lampades vitas uanas eccl̄ie dilige
mus/ adp̄ns ꝙ in dominb dr̄a
dilectus/ Quis sit deus gnā na est
vngmtum corpis z vngmtas animc
h deus vngmtus sponsi et mediatr
vngmb̄ quib sibi quib qui xpm
sequ copulauit/ una autē multo pu
tchra/ aut religna z sibi mlto dilectā
amb in pcibus copulā ste sit sino
ssime usq mpmcm diem vndez n
scis z hra vngmtis coepe in apostolis
sit pmanendo dns sit plin dilect an
dicat/ Beda sup luam Quae in summa pa
ce natus z ut se pacem dilige ondit
ista de vngmte natus z mlm̄ pnt ut
se vngmt de deus dilige onde z mlm̄
dei signi uoluit vngmen mater sine
vngmē pncipem/ vngmē similud

et proximis uno nomine virgo a
pellata est apostolum audi dicentem non
sum nomialibus tantum sed universe ecclesie dei
despondi etc. Incoepe virginitatem pa
uci habent in corde omnes debere habent
habere debent vult ergo paulus despon
dere omnes nos christo. Quia si etiam aliquis
nimis deducet nos ad patrem et ad
patriam suam ut Jacob predictus duas
uxores et habebimus gloriam magnam
sed forsitan dicit aliquis peccatore. Timeo ad
ipsum redire ne forte me deserat
ut multas videmus tam claustrales
viros et feminas quam etiam bonos se
culares ab eo derelictos et post emen
dam vite sue apostatasse et sancta sunt
novissima eorum peiora prioribus
ad hoc sciendum quod hoc multis timere
oportet. Ipse enim promittit in Johanne. Ego
qui venit ad me non eciam foras ei
cis. Tu videmus multos et retrocedere
Respondeo quid adrem. Si de multo sege
te aliquis granum perit vis ne quod unus
de aliquo ponte cecidit nunquam de certo
ponte transire. Simile dic si aliquis
in uno foro mercando perdidit. Si
assis de domo super aliquem cecidit. Si
alicui aliquid de segete sua periit. Si
aliquis de cibo strangulavit vis ne
ergo unquam cibum degustare. Ita
et similia multa dicam in breviter. Si
veneris ad deum quod te nunquam permittet
a se separari. Cave vinum enim studio
hoc est superbiam perhant. Ergo solam os
bonum ceciderunt qui nunquam corruerunt
perhant angelus sicut dicunt et patres
et qui ad huc cadunt et cadent. Quo
dicit thomas superbiam nunquam etc.
ab ipsa enim etc. Ecce invicem omnis
peccatis superbia eo quod in omni mortali
peccato sit contemptus qui est superbia
Gregorius. Multis peccatis ad publicum pro
dicunt nisi superbia mentem in hoc occulto
constringit et quantum melior est homo
tanto magis ab illa sibi caveat
quod celestes libenter inhabitat sic ea
nobis cavere concedat etc.

Similitudines infra

Incipit speculum humane saluationis
In quo patet casus hominis et modus reparationis
In hoc speculo potest homo considerare
Quam ob causam creator omnium decreuit hominem creare
Potest etiam homo uidere quomodo per dyaboli fraudem sit dampnatus
Et quomodo per misericordiam dei sit reformatus
Lucifer erexit se contra creatorem suum deum eternum
Et in ictu oculi de excelso celorum proiectus est in infernum
Et ob hanc causam decreuit deus humanum genus creare
Ut per ipsum posset casum luciferi et sociorum eius restaurare
Quapropter dyabolus homini inuidens sibi insidiabatur
Et ad precepti transgressionem ipsum inducere nitebatur
Quoddam ergo genus serpentis sibi dyabolus eligebat
Qui tunc erectus gradiebatur et caput virgineum habebat
In hunc fraudulosus deceptor mille artifex intrabat
Et per os eius loquens verba deceptoria mulieri enarrabat
Temptauit autem mulierem tamquam minus prouidam
Reputans prudentem et cautum esse virum adam
Accessit autem ad mulierem solam sine viro existentem
Quia solum facilius decipit dyabolus quam socios habentem

Decepit itaque dyabolus matrem nostram euam
Inducens super omne genus humanum mortem seuam
Notandum ergo quod vir in agro damasceno est formatus
Et a domino in paradysum voluptatis est translatus
Mulier autem in paradiso est formata
Et a costa viri dormientis parata
Deus quodammodo ipsam supra virum honorauit
Quia etiam in loco voluptatis plasmauit
Non fecit eam sicut virum de limo terre
Sed de osse nobilis viri ade et de eius carne
Non est facta de pede ne a viro despiceretur
Nec de capite ne super virum dominaretur
Facta est autem de latere maritali
Et data est viro pro consorte et socia collaterali
Que si in honore sibi collato humiliter perstitisset
Numquam a viro aliquam molestiam sustinuisset
Sed quia dyabolo credens deo voluit assimilari
A viro meruit affligi si deliquerit et molestari
Mulier enim credidit diabolo non maritus
Sed vir consensit mulieri licet in vitus

Mulier instituit viro ut secum de fructu manducaret
Qui tantum dilexit eam ut comederet ne eam contristaret
Salomon propter amorem mulierum ydola adorabat
Non tamen ea deos vel deum esse putabat
Sic adam propter amorem mulieris secum comedebat
Non tamen se similem posse fieri deo credebat
Mulier ergo plusquam vir peccavit
Quia se similem posse fieri deo existimavit
Aliud etiam peccatum grande superadebat
Eo quod virum blande ad conpecandum attrahebat
Licet in textu biblie aperte non inveniatur
Tamen certum est quod verbis blandis ei adulabatur
O vir qualis et quanta est fraus mulieris
Cave tibi a muliere blanda ne decipieris
Respice adam corpus manuum dei et fortissimum sampsonem
Respice david secundum cor dei et sapientissimum salomonem
Si tales et tantos decepit ars mulieris
Quomodo tu qui non es talis et tantus a muliere securus eris
Virum adam quem diabolus temptare non audebat
Hunc mulier audacior diabolo defraudare presumebat

Dyabolus itaque muliere defraudabat
Mulier vero virum et omnes posteros condempnabat
Et si homo in mandata dei perseverasset
Numquam penam numquam mortem aliquam gustasset
Nullam sustineret debilitate vel lassitudinem
Nullam sentiret infirmitatem vel egritudinem
Sine gemitu et dolore et tristicia matris portaretur
Sine fletu et merore et labore gravi nasceretur
Non novisset luctum neque aliquam tribulationem
Non sustineret verecundiam nec aliquam confusionem
Aures eius numquam ~~caligarent~~ obsurdescerent
Et ~~pedes~~ dentes eius numquam ~~claudicarent~~ obstupescerent
Oculi eius numquam caligarent
Et pedes eius numquam claudicarent
Nec flumina nec fontes eum submersissent
Nec ignis nec estus solis eum combussissent
Nulla bestia nulla avis ipsum infestaret
Nullus aer nulla aura eum molestaret
Numquam homines inter se litem habuissent
Sed tamquam fratres se mutuo dilexissent

Subiecta essent homi omnis terrena creatura
Semper in gaudio viuerent sine cura
Et cum deo creatori suo placuisset
Cum corpore et anima in celum ipsum assumpsisset
Nullus autem homo presumat investigare
Cur deus hominem quem sciebat casurum voluit creare
Cur etiam ipsos angelos creare volebat
Quorum casum certissime precognoscebat
Et quare cor pharaonis regis voluit indurare
Cor autem marie magdalene ad penitentiam mollificare
Quare se cor neganti contritionem immisit
Iudam autem in suo peccato desperare permisit
Quare uni latroni gratiam conversionis inspirauit
Et socio suo simili gratiam dare non curauit
Quare unum peccatorem trahit et alium non trahat
Nullus quantumcumque prudens investigare presumat
Hec enim opera et hiis similia
Humanis ingeniis sunt inscrutabilia
Huiusmodi questiones paulus breuiter soluere videtur
Quem inquit vult indurat deus et cui vult miseretur.

O bone ihu fac nos in celis regnare tecum

In precedentibus audiuimus quomodo deus hominem honorauit
Consequenter audiuimus quomodo homo se ipsum villificauit
Homo cum in honore non esset intellexit
Eiectus est quia contra deum creatorem suum se erexit
Eiectus est de paradyso voluptatis
In hanc vallem miserie et paupertatis
Parui pendit impensum sibi honorem
Et inuenit tribulationem et dolorem
Exiuit paradisum locum gaudiosum et amenum
Et intrauit locum doloribus et aduersitatibus plenum
Intrauit mundum fraudolosum et fallacem
Multa bona promittentem et in omnibus mendacem
Promittit enim mundus homini longam vitam dare
Sed veniente morte non valet ad punctum prorogare
Promittit corpori diutinam dare sanitatem
Et inducit anime et corpori perpetuam infirmitatem
Promittit multas diuicias et magnum honorem
Sed in fine dat homini putredinem et fetorem
Et licet aliquando tribuat bona mundana

Tamen omnia indurabilia sunt et vana
Nam hominis vitam non possunt prolongare
Nec a mortis potestate sufficiunt defensare
In extrema necessitate nullum prestant homini iuvamen
Sed vix tribuunt corpori vilissimum lintheamen
Mundus ergo iste recte videtur esse tamquam sambucus
Cuius flos est pulcher sed amarus fructus
Sic pulchra videtur mundi delectatio
Sed fructus eius est eterna dampnatio
Mundus etiam Jude traditori comparatur
Per quem xps osculo doloso tradebatur
Tale signum dat demonibus
Quale Judas dedit ihu xpi hostibus
Quem osculatus fuerat divicias et honores dando
Ipse est tenere eum eternaliter truciando
Verumtamen divicie non semper sunt ad dampnationem
Sed multis etiam prosunt ad eternam saluationem
Dixit enim daniel nabuchodonosor regi
Peccata tua elemosinis redime viam salutis dans ei
Deus enim potentes non abicit cum sit ipse potens

Si vtuntur temporalibus sicut thobias dixit filium suum docens
Si multum tibi fuerit habundanter tribue
Si modicum fuerit id ipsum libenter impertiri stude
Diuicie non dampnant hominem sed amor ipsarum
Nec esse coinquinant hominem sed indiscretus vsus earum
Nec etiam pulchra vestis peccat si cor est deo datum
Quia quilibet vestiri potest sine peccato secundum suum statum
Quem deus vult esse regem non debet indui sacco
Et quem ordinauit rusticum esse conuenit vti serico
Quilibet ergo vtatur rebus iuxta statum sibi concessum
Caueat tamen diligentissime ne faciat excessum
In omni enim re debitus modus est tenendus
Excessus cum magna diligencia est prauendus
Mundum ergo qui tradere nos nititur temporalia ministrando
Vince debitum vsum et modum seruando
Hanc impugnacionem homo non sustinuisset
Si in paradiso voluptatis permansisset
In paradiso fuisset homo sine omni infestacione
Hic vix transit homo vnam horam sine vexacione
Nunc insidiatur ei suus apertus inimicus.

Nunc de fraudare nititur eum suus falsus amicus
Interdum vexat eum minima musca vel culex
Ledit eum minimus vermiculus vel pulex
Et merito a creaturis et elementis impugnatur
Qui contra creatorem suum erigebatur
Terra stimulat eum tribulis et sentibus
Bestie lacerant eum cornibus et dentibus
Aqua involuit eum fluctibus et procellis
Pirate aquarum invadunt eum rapinis et bestiis
Aer inficit eum pestilencia et corruptione
Aves aeris rumpunt eum rostrorum et unguium invasione
Ignis redigit carnem et ossa eius in cinerem
Fumus ignis inducit oculis eius caliginem
In paradiso nullus fuisset homo alterius inimicus
Hic inter multos vix ~~inimi~~ invenitur amicus
Quamdiu autem homo habet divicias et honores
Multos videtur habere amicos et fautores
Sed statim cum incipit amicorum iuvamine indigere
Vix unum verum amicum expietur se habere
Verus amicus comprobatur in articulo necessitatis

Quem nō attediat plaga neq; occursio adversitatis
Qui se et sua pro amico suo exponere non veretur
Hic magna caritate habere prohibetur
Sed clementissimus deus maiore caritate habuit
Quid se et sua pro inimicis suis id est pro nobis exposuit
Eramus enim inimici dei et perpetuo carceri adiudicati
Sed per suam misericordiam sumus misericorditer liberati
Oportebat enim vos omnes carcerem infernalem ingredi
De quo nō poteramus alicuius adiutorio eripi
Tandem pater misericordiarum et deus totius consolacionis
Clementer respexit statum nostre dampnacionis
Et decrevit nos per semetipsum liberare
Super quo placuit sibi signum nobis per oliuam dare
Quam columba inclusis in archa deferebat
Que misericordiam dei futuram inclusis in limbo precendebat
Que nō solum hijs qui in archa erant promittebat
Sed et toti mundo signum salutis in oliua dabatur
Et hec idem demonstrauit deus in multis figuris
Sic patet studioso lectori in diuinis scripturis
O bone ihu instrue nos ut sacras scripturas discamus.

Et tua in eis caritate ad nos intelligere valeamus

Quoniam modum nostre redemptionis scire desideramus

Primo de annunciatione beate marie incipiamus

Cum enim ventura erat xpi incarnatio

Necessarium fuit ut precederet sue nostris generatio

Quod ut facilius et lucidius intelligatur

Una parabola sive similitudo audiatur

Homo quidam ab ierusalem in iericho descendebat

Et in desertum veniens in latrones incidebat

Qui eum spoliaverunt et vulneraverunt

Et semivivum relinquentes abierunt

Venientes autem sacerdos et levita ipsum pertransibant

Quia vulnera ipsius sanare nequiebant

Tandem samaritanus quidam illi appropinquabat

Et misericordia motus vulnera eius sanabat

Et nisi samaritanus ille advenisset

Numquam sauciatus ille sanatus fuisset

In hac parabola genus humanum sive homo designatur

Qui de paradiso voluptatis in desertum eiciebatur

Qui spoliatus est bonis et gratijs sibi a deo datis.
Et vulneratus est vulnere perpetue mortalitatis
Qui multo tempore quasi semivivus iacebat
Qui in anima mortuus erat licet corpore vivebat
Que nec sacerdos nec levita sanare potuerunt
Quia nec circumcisio nec prima hominem ad priam reduxerunt
Tandem samaritanus quidam illi appropinquabat
Et sauciali vulnera misericorditer sanabat
Samaritanus custos vinee interpretatur
Per quem ihs custos noster designatur
Et nisi custos iste in hunc mundum venisset
Numquam homo in vitam eternam introisset
Laudemus et benedicamus dominum nostrum ihm xpm
Qui venit in hunc mundum sanare semivivum istum
Cum autem filius dei in hunc mundum venire satagebat
Virginem de qua nasceretur premittere disponebat
Misit ergo angelum qui conceptionem eius nunciavit
Et sanctificationem eius in utero et nomen pariter intimavit
Hec est beatissima virgo maria.

Per quam venit huic sanciato sanctio pia
Quam etiam deus in multis figuris premonstravit
Et prophetarum oraculis multipliciter insinuavit
Rex astrages visionem mirabilem videbat
Qui videlicet de utero filie sue vitis pulcherrima crescebat
Que frondibus et foliis se amenissime dilatabat
Et fructum proferens totum regnum suum obumbrabat
Dictum autem est ei quale interpretacionem hec visio erat
Hec filia post hec Cyrum regem generavit
Qui filios israel de captivitate babilonis liberavit
Hec est litteralis huius visionis significacio
Sed alia est mistica eius prefiguracio
Astragi monstratum est quod filia sua regem cyrum generaret
Joachim nunciatum est quod filia sua regem xpm portaret
Cyrus rex liberavit judeos de captivitate babilonis
Et rex xpc liberavit nos de captivitate diabolica
Filia ergo astragis regis figuravit maria
Que protulit mundo vitem veram et piam
Benedicta sis tu o summi regis filia

Flos candens sup cuncta lilia
Benedicta sit tue conceptionis annunciacio
Per quem ortum habuit nre captiuitatis libacio
Benedictus sit deus pater qui te nobis destinauit
Benedictus sit dei filius qui te sibi matrem adoptauit
Benedictus sit spus sanctus qui te in vtero scificauit
Benedictus sit vterque parens qui te mundo generauit
De hac beatissima filia etiam salomon pcinebat
Quia in vtero matris sue scificari debebat
Nam ortum conclusum eam in canticis nominabat
Et fonti signato id est sigillato eam comparabat
Quia cum mater adhuc in vtero conclusam ferebat
Spus sanctus ei scificacionem infundebat
Et sigillo sce trinitatis sic eam signabat
Quia in eam numquam aliquid coinquinatum intrabat
O maria tu es vere ortus omnium deliciarum
Et fons indeficiens sicienciam animarum
Spus scus etiam nobis mariam necessariam ostendebat
Quando per os balaam ortum eius pmittebat

Promisit enim quod de Jacob oriretur stella
Per quam figurabatur Maria futura dei cella
Balaam populo ista helitico maledicere cogitabat
Sed spiritus sanctus maledictionem in benedictionem transmutabat
Per quod etiam spiritus sanctus figuraliter prescendebat
Quod nostra maledictio in benedictionem convertere debebat
Et hoc fieret mediante quadam puella
Cuius ortum prefiguravit in quadam stella
Hec est beatissima Maria vera stella maris
Fluctuantium ductrix et adiutrix singularis
Sine hac stella non poteramus hoc fervidum mare pertransire
Nec ad portum celestis patrie pervenire
Qua propter deus ortum marie per stellam pertinebat
Quia nos ad celestem patriam reducere disponebat
Gratias agamus deo qui dedit nobis hanc maris stellam
Per quam effugere possumus huius maris periculosam procellam
O peccator quantumcumque peccasti noli desperare
Hanc beatissimam benedictam stellam oculis cordis contemplare
In dubiis in periculis in necessitatibus ipsam intuere
Ipsa dirigit ipsa protegit ipsa perducit vere

Hanc stellam theophilus respexit
Et ipsum eum pie ad portum salutis transvexit
O bone ihesu da nobis hanc stellam ita contemplari
Ut a cunctis periculis semper mereamur liberari
In precedenti capitulo audivimus de beate virginis annunciatione
Consequenter audiamus de ipsius ortu sine generatione
Progenies marie sit processum habuit de stirpe yesse patris
De quo ysaias pulchre spiritum vaticinavit
Propheta ysaie legitur hec esse
Egredietur virga de radice yesse
Et flos de radice eius descendet requiescet
Super quem septiformis gratia spiritus sancti requiescet
Hec virgo est maria fecundata per celestem rorem
Que produxit nobis xpm amenissimum florem
In hac flore invenitur vii medicamenta bona
Per que designantur sancti spiritus septem dona
Invenitur in hac flore tactus odor et fructus
Color et folia sucus et gustus
Hec septem sunt egrotanti anime valde medicinalia
Contra septem peccata mortalia
Tactus huius floris homo timore superbie exhonoratur
Hec dono timoris ad cognitionem sui humiliatur
Qui enim cogitat quod tactus lucifer propter superbie timorem
Si non deus a lucifer angelis voluit superbiam sustinere
Humiliat se et incipit habere dei timorem
Multo minus volunt homines superbientes secum habere
Ipsi habebant gratias vide quam non poterant gloriari
Quantum habet putredinosus homo de quo poterit elevari
Odore huius floris divitia mundi cordis mollificatur
Et dono pietatis ad compassionem afflictorum dilatatur
In vidus non ad ullius afflictionem commovetur
Pius autem omnium afflicto compatitur et miseretur
Qui ergo susceperit ordinem id est exemplum sui salvatoris



Pius et passivus est afflictis omnibus horis
Exemplo n. dni nri ihu xpi flet cu flentibz
Et compatit tam maia quam in corpe patientibz
Fructus huius floris vesanie ire remonet
Et dono scie homo docet iusari cu hominibz edocet
Homo iracundus nullam mentis discretionem
Et ido nescit bonu et detentem iusionem iusationem
Donu scie mansuetu et suave
Et docet bn iusari in medio nationis prave
Qui ergo huius floris fructu i. xpi opa voluit imitari
Ex ipis opibz discit cu hoibz debite iusari
Colore huius floris paralisis accidie ppulsat
Et dono fortitudinis ad sustinendu homo corroborat
Nullam n. sentit penam nec vertur laborem
Qui intuet huius floris i. crucifixi colorem
Si n. elephas aspectu sanguinis vne ad pugnam aiat
Multo magis homo aspectu sanguinis xpi ad laborem fortificat
Qui igit devote respexerit roseu colorem huius floris
Hylariter cpatiu et sustinet i omnibz horis
Flondibz huius floris ydiopisis avaricie pfigat
Et pdonu consilij sitis pecuniarum reservat
Folia huius collige sutu sut verba xpi et eius doctrina
Qua consulit contempnere tpalia pdivina
Quicunqz hanc doctrinam diligenter studz retinere
Hic spm consilij in se phibet hre
Et talis no curat tpalia sibi congregare
Sed ea que ht patus est in dignitibz ministrare
Sucus huius floris repletio expuit
Et donu intellectus sensus cognitionis patuit
Sucus n. ht colorem viridem que visu clarificat
Et donu intellectus doct pterrestria sensus cognitionis purificat
Gulosus no cognoscit celestia sed tm terrestria
Sed donu intellectus doct pterrestria cognoscere celestia
Ut si videmus clarum solem et delectabilem florem

Cognoscimus clarum et delectabilem esse illorum conditorem
Gustu huius floris delectatio luxurie amarificatur
Et dono sapientie sapide scientie anima delectatur
Cum enim gustaverit homo spiritus sancti dulcedinem
Omnem delectationem carnis reputat amaritudinem
Sicut enim gustato melle non sapit palato cibus naturalis
Sic gustato spiritu sancto desipit omnis voluptas carnalis
O quam multitudo dulcedinis tue domine
Quam abscondisti timentibus te
Patet igitur in virga iesse unde maria sit exorta — secunda figura ij
Sed quomodo florem produxit patet inclausa porta
Clausam portam ezechielis in spiritu videbat
Que numquam in eternum aperiri debebat
Dominus solus per eam clausam volebat transire
In quo patet modus parturitionis mire
Intelligat hic qui potest
Non sufficit nos nascimur christus natus est
Non est mirum aperire portam et transire
Sed mirabile est valde per clausam portam ire
Salomon etiam domino templum edificavit
In quo misterio ortum beate marie prefiguravit
Templum salomonis habuit propugnacula tria
Per que signatur triplex aureola in maria
Primum est virginum quia virginitatem primo venit
Secundum est martirum quia martyr in anima fuit
Habuit namque aureolam predicatorum et doctorum
Quia erat evangelistarum et doctrinarum et apostolorum
Templum erat constructum de marmore candido
Et ornatum intrinsecus auro mundissimo
Sic maria erat candida vitore mundissime castitatis
Et ornata intrinsecus auro perfectissime caritatis
O quam pulchra est casta generatio omnium caritate
O quam pulchra est maria ornata caritate pariter et castitate
In templo erat scala per quam sursum ascendebatur

In maria erat diuinitas per quam sursum ascendebat
O bone ihesu da nobis mentis tue sanctissime matris
Sursum ascendere ad gloriam dei patris amen
In precedenti capitulo audiuimus quomodo beata virgo fuit nata
Consequenter audiamus quomodo fuit in templo domino oblata
Cumque minima esset parentes eam ad templum attulerunt
Et ut domino seruiret et litteras disceret pontifici tradiderunt
Cuius oblatio per mensam solis in zabulo prefigurat
De qua particula hostie breuiter audiatur
Piscatores quidam retia in mare proiecerunt
Et causa mirabili mensam auream extraxerunt
Mensa illa erat tota de auro puro et multum preciosa
Et videbatur omni oculis mirabiliter speciosa
Ibidem in litore maris templum erat edificatum
Et in honore solis quam illa coluit gens dedicatum
Ad templum illud mensa illa erat deportata
Et in ipso soli tanquam deo quem dolebat oblata
Mensa illa per totum mundum vsa est hoc vocabulo
Et communiter dicebatur mensa solis in zabulo
Zabulum enim arenosa terra appellatur
Et ibi templum solis in arenoso loco habebatur
Per mensam ergo solis maria est pulchre figurata
Que vero soli id est summo deo est oblata
Mensa solis oblata est in templo solis materialis
Maria oblata est in templo solis eternalis
Mensam solis multi et magni videre affectabant
Marie ortum tam angeli quam homines desiderabant
Mensa solis facta fuit de materia purissima
Maria autem fuit mente et corpore euundissima
Pulchre maria est per mensam prefigurata
Quia per eam celestis esca nobis est collata
Nam ipsa filium dei viui nobis generauit
Qui nos suo corpore et sanguine refocillauit
Benedicta sit ista mensa beatissima

Per quam collato nobis est esta tam salubris et tam immensa
Benedicta sunt parentes qui eam generaverunt
Et eam pro nostra salute domino deo obtulerunt
In veteri testamento nullum legimus filiam suo domino obtusset
Nisi yepte qui legitur eam immolasse et occidisse
Yepte obtulit filiam suam domino sed indiscrete et non iecte
Yoachim et anna obtulerunt filiam suam domino rite et perfecte
Ipsi enim filiam suam non immolaverunt nec occiderunt
Sed vivam ut domino vivam deserviret obtulerunt
Yepte fecit votum quod astris doctoribus vituperatur
Maria fecit votum quod tam a deo quam ab angelis collaudatur
Filia yepte deflevit quod virgo mori debebat
Illa deflevit quod nullum prolem post se relinquebat
Maria primo votum virginitatis immutabat
Dolens quod de sua posteritate christus nasciturus non erat
Et illa infelicem se reputans deflevit
Hoc maria felix et felicissima invenit
Filia yepte oblata est post victoriam pro gratiarum actionem
Maria oblata est ante victoriam pro victorie collatione
Filia yepte oblata est pro victoria hostium temporalium
Et pro maria facta est victoria hostium infernalium
Illa indiscrete oblata deo postea servire nequivit
Maria post oblationem semper domino servivit
Qualiter autem deo servivit et quam vitam amplexabatur
Hoc in orto illo qui suspensibilis dictus erat prefigurabatur
Quem rex persarum uxori sue in alta structura plantavit
De quo patriam suam de longe contemplari desideravit
Per quod contemplativa vita marie designatur
Que patriam celestem semper contemplari videbatur
Nam omni tempore contemplationi et devotioni erat intenta
Numquam otiosa numquam secularis est inventa
Semper contemplationi aut orationi devotissime se dabat
Aut lectione aut operatione se diligentissime occupabat
Spiritualiter aut versus ymmiditatis iubilando spallebat

Depius morone et deuotone dulcissime flebat
Pro salute generis humani sine intermissione domini exorabat
Scripturas de aduentu xpi frequenter legere non cessabat
Quidquid in scripturis de incarnatione aduentus dei inueniebat
Hoc osculando et amplexando dulciter relegebat
Quando ceteris virgines ad propria remeabat
Ipsa semper in templo deo esse affectabat
Ipsa manebat ipsa studebat
Ipsa legendo et relegendo proficiebat
Que in templo deo lauanda erant ipsa lauabat
Et que mundanda erant ipsa mundabat
Nunquam dormitare nunquam dormire consueuit
Nisi quando necessitas legitima eam coegit
Et licet dormiret uel dormitaret eius corpus
Et tamen semper eius interior vigilabat animus
Et hoc est quod salomon ex eius persona indicat
Ego dormio et cor meum vigilat
Tam prudenter tam humiliter tam deuote se habebat
Quod vita ipsius cunctis viuentibus exemplum prebebat
Sermo eius valde discretus erat et paratus
Semper dulcis semper suauis nunquam amarus
Nullum pauperem nullum debilem despiciebat
Dulciter omnes salutabat et dulciter ridebat
Vltra quam dici potest humilis erat misericors et deuota
Tanquam dominis intenta et deo dedita tota
Libros prophetarum et sacras litteras optime intelligebat
Vt pote quam spiritus sanctus doctor optimus instruebat
Nunquam in virum proiecit oculum nec infixit aspectum
Nunquam cruciatus nunquam collum portabat erectum
Oculos ad terram defixos inter homines semper habebat
Sed cor sensum intellectum erectum semper gerebat
Quidquid boni quidquid laudis potest dici scribi uel cantari
Hoc de hac beatissima virgine secure potest predicari
O bone ihesu da nobis eam in hoc seculo laudare



Ut tecum secum interim mereatur habitare
In precedenti capitulo audimus quomodo maria est oblata
Consequenter audiamus quomodo et quare viro fuit desponsata
Quare dominus voluit matrem suam viro desponsari
De hiis possunt viii rationes assignari
Primo per fornicationem concepisse putaretur
Et cumque fornicatrix a iudicio contempnaretur
Secundo ut virgo viri adiutorio et ministerio fruetur
Et quocumque pergeret non solivaga et vana putaretur
Tercio ne diabolus incarnationem xpi investigaret
Et virginem sine viro concepisse consideraret
Quarto ut maria testem sue castitatis habere probaretur
Quia plus marito suo qui numquam alteri crederetur
Quinto ut series genealogie per virum texeretur
Et genealogia xpi a iosep viro marie produceretur
Nos enim scripture fuit genealogiam ducere non adiuxores
Sed tantum modo ad sponsos et ad mares
Sexto ut matrimonium sanctum esset approbaret
Et a nullo spernendum et incusandum demonstraret
Septimo ut virginitatem et matrimonio servari litere deteret
Sed utrique coniux ratum et planum teneret
Octavo ne coniugati de salute sua desperarent
Et virgines tamen se electas et se despectas cogitarent
Omne enim statum et bene servatum sibi dominus approbare veniebat
Et ideo mater sua virgo et desponsata et vidua erat
Quam vis autem hii tres status sancti esse approbarentur
Tamen inter se differentiam magnam habere videntur
Matrimonium sanctum et bonum esse approbatur
Si tamen tempus modus intencio debite teneatur
Melior est autem matrimonio castitas vidualis
Sed optima est et super excellit mundicia virginalis
Matrimonis debetur fructus centesimus
Viduis sexagesimus virginibus centesimus
Preciosum videtur esse auri talentum

Preciosius argentum sed preciosissimum aurum
Lucifer mane consurgens videtur esse lucidus
Luna est lucidior sed sol lucidissimus
Dulcis videtur esse leticia et delectacio huius seculi
Dulcior vero est amenitas paradysi sed dulcissimus celi
Quam vis aut et super excellat et optima sit virginitas
Tamen non valet nisi servetur simul mentis integritas
Qui .ii. virginitatem servant carne et mente
Non habebunt aureolam virginum in eternitate
Que autem me virgo est et si volenter coparatur
Non perdit aureolam sed dupliciter renuatur
Habebit .ii. aureolam per mentis virginitatem
In super premium propassione violenter sibi illate
Aureola autem perdita per mentis corrupcionem
Recuperari potest in hac vita per contricionem
Qui autem carne voluntarie violatur
Illius aureola nulla condicione reparatur
Maria autem licet viro in desponsacione vingeretur
Tamen in mente et carne virgo in eternum permanssisse perhibetur
Et ipsa dicere potuit sicut sara raguel filia
Mundam servavi animam meam ab omni concupiscencia
Sara vii viris desponsata fuit
Et tamen virgo intacta permansit
Quanto magis potuit maria unum sponsum habere
Si sara a vii viris custodivit almodeus
Et tamen virgo in maculata in eternum permanere
Quomodo ab uno viro non custodiret matrem suam verus deus
Quotienscumque Joseph matrem dei aspiciebat
Splendorem quendam divinum ab ipsa procedere videbat
Et ideo numquam faciem eius intueri audebat
Nisi forte cum hoc aliquando casu aliquo accidebat
Thobias et sara tribus noctibus castitatem servaverunt
Maria et Joseph toto tempore vite sue virgines permansuerunt
Joseph virgo erat et de progenie david natus :-

Et divino nutu marie tamquam custos associatus
Non quod maria ipsius custodiam aliquatenus indigeret
Sed propter humanam suspicionem eum custodire haberet
Ipsa enim custodem verum et summum habebat
Qui eam ab omni hostili incursione custodiebat
Habuit igitur unum custodem celestem
Et alium custodem terrestrem
Qua propter hec virgo tam sancta et tam singularis
Comparatur turri cuius notabilem erat pars
Que defendi poterat ab omnibus viventibus
Duobus tantummodo custodibus ipsam custodientibus
Tam fortissima et tam invincibilis fuit maria
Cuius precipuus custos erat deus vera sophya
Qui etiam fortissime et tam invincibiliter eam communivit
Quot nunquam aliqua hostilis impugnatio eam impedivit
Qua etiam propter turri david comparatur eius vita
Que mille clypeis erat communita
Clypei sunt virtutes et opera virtuosa
Quibus munita erat virginis vita gloriosa
Quod superabat omnes temptationes et omnia peccata
In tantum erat communita et bene firmata
Et non solum a se temptationes et peccata repellebat
Sed etiam ab aliis quibus radios sue gratie infundebat
Quam vis enim maria virgo pulcherrima erat
Tu nullum quam ab aliquo male concupisci poterat
Sicut enim cypressus odore suo fugat serpentes
Sic maria gratia sua depulit concupiscentes
Et sicut in vinea florente nequeunt serpentes habitare
Sic maria nulla mala concupiscentia potuit removeri
Et corda nostra dono tue gratie repleri ... appropinquare
Precedenti capitulo audimus marie desponsationem
Consequenter audiamus ipsius mirabilem impugnationem
Cumque maria in ierusalem esset Joseph desponsata :-
O bone ihesu concede nobis malas concupiscentias removeri

Ad domum parentum in nazareth revocata
Interim autem quod Joseph necessariis nuptiarum intendebat
Ipso nesciente maria per spiritum sanctum concipiebat
Non est suspicandum quod angelus in venerit tam sine clausura
Cui solus deus sapuit et sine deo. Viluit omnis creatura
Ipsa non tamquam divina sola curiose dimagabatur
Nec tamquam chamar cum viro familiariter conversabatur
Ipsa enim tamquam sara numquam virum desideravit
Et tamquam Judith solita ieiuniis et orationibus natabat
Ideo Joseph gravidam eam considerans stupebat
Et timens ac tremens hec apud se revolvebat
Impossibile est hanc perfornicationem concepisse
Quam constat tam sancte tam caste tam abstinenter vixisse
Non erat comessatrix non saltatrix non deliciosa
Non thorizatrix non saltatrix non iocosa
Pudica loca semper vitabat et quantum potuit vitabat et fugiebat
Solitariam vitam et contemplativam semper habebat
Omnia mundana solacia et gaudia aspernabatur
Tam in rebus divinis et celestibus delectabatur
Apuritia sua in templo domini remanebat
Et cum nullo virorum aliquem commune habebat
Et nunc postquam ad domum parentum repatriavit
Semper in tubulo clausa in orationibus perseveravit
Unde igitur constat hanc concepisse gravidationem
Que numquam alicui peccato dedit occasionem
Forsan in ea nunc impletum est id est ysaie vaticinium
Ecce virgo concipiet et pariet filium
Hec est forte illa de semine iacob puella
Quam spiritus sanctus olim per os balaam pronunciavit in stella
In quo spiritus sanctus insinuare volebat
Quod filius dei nasci de virgine debebat
Hec virgo potest forsan illa virga florifera esse
Que vaticinabatur egressura de radice yesse
Forsan hec est illa virgo de qua christus nascetur



Ad desemine dauid filij yesse nasciturus perhibet
Aliud autem ne quaquam de hac sanctissima estimari potest
Id certo est certissimum quod mater xpi est
Non sum ergo dignus cum tali virgine habitare
Quam propter expedit michi a complectione nuptiarum cessare
Et ne forte aliqua sinistra suspicio in populo oriatur
Oportet ut valde occulte et valde caute dimittatur
Joseph indignum se reputans cum maria timuit habitare
Sicut iohannes qui non fuit ausus xpm baptizare
Centurio rogauit xpm ne subtectum suum introiret
Petrus rogauit eum ut de naui sua exiret
Mulier sunamitis timuit cohabitationem helie
Sic Joseph cohabitationem matris dei marie
Cum ergo ioseph mariam accipere trepidaret
Missus est angelus dei qui mentem eius solidaret
Qui dixit ei virginem dimittendam non esse
Et non ab homine sed a spiritu sancto concepisse p° figura
Hec autem conceptio tam mirabilis et tam immensa
Fuit moyses in rubo ardenti prestensa
Rubus sustinuit ignem et non perdidit viriditatem
Maria concepit filium et non amisit virginitatem
Ipse dominus habitauit in illo rubo ardente
Et ipse deus habitauit in marie grauidato ventre
Descendit in rubum iudeorum liberationem
Descendit in mariam propter nostram redemptionem
Descendit in rubum ut educeret iudeos de egypto
Descendit in mariam ut eriperet nos de inferno
Cum autem deus incarnari volebat
Mariam solam pre omnibus mundi eligebat
Et hoc fuit in velle gedeonis prefiguratum
Quod celesti rore legitur esse madidatum
Solum enim vellus celestem rorem capiebat
Et tota terra circum iacens sicca permanebat
Ita maria sola diuino rore replebatur :-

Et in toto mundo nulla alia digna inveniebatur
Multe enim filie congregaverunt divicias
Maria autem sola supergressa est universas
Petivit gedeon ut deus signum sibi in vellere daret
Sed per eum filios israel ad omnibus liberaret
Repletio ergo velleris signum erat liberationis
Conceptio marie signum extitit nostre redemptionis
Vellus ergo in gedeonis est benedicta virgo maria
De quo vellere fecit sibi tunicam ihesus xpistus vera sophya
Quod vestiri voluit tunica nostre humanitatis
Ut nos vestiret stola perpetue iocunditatis
Vellus gedeonis suscepit rorem sine lane lesione
Maria concepit filium sine carnis corruptione
Gedeon expressit rorem et tunicam ex eo replevit
Maria enixa est filium qui totum mundum rore gratie
Hec autem conceptio facta est per annuntiationem angeli
Quod figuratum est in servo abrahe et rebecca bathuel
Abraham emisit eliezer servum suum de virgine pro videre
Quod filium suum ysaac sponsum deberet habere
Rebecca autem nuncio abrahe petenti potum tribuebat
Et ideo eam filio domini sui in sponsam eligebat
Sic pater celestis misit in mundum archangelum gabrihelem
Quod filio dei quereret virginem et matrem
Gabrihel autem virginem decentissimam scilicet mariam invenit
Que sibi potum tribuit id est nuntiationi sue consensum dedit
Rebecca autem non solum nuntium sed etiam camelos potavit
Maria autem tam angelis quam hominibus fontem vite propinavit
O bone ihesu da nobis tuam incarnationem ita venerari
Ut potulo fontis vite in eternum mereamur saciari
In precedenti capitulo audivimus de xpisti conceptione
Consequenter audiamus de ipsius humana generatione
Hanc generationem non solum angeli videre desiderabant
Sed et patres sancti desiderantes expectabant et clamabant
Emitte agnum tuum domine dominatorem terre :-

Et emitte lucem tuam et veritatem tuam deus eterne
Ostende nobis faciem tuam et salvi erimus
Ostende filium tuum quem exspectamus et querimus
Utinam dirumperet celos et descenderet
Ut nos de captivitate dyabolica liberaret
Domine inclina celos tuos et descende
Ad liberandum nos dextram tue maiestatis extende
Reminiscere miserationum tuarum antiquarum
Veni et recipe nos de potestate tenebrarum
Veni domine ut fideles prophete tui varices inveniantur
Et promissiones tue et figure tue compleantur
Veni domine cito festina et noli tardare
Relaxa facinora plebis tue et incarnare
Nullus angelus nullus homo sufficit nos liberare
Libera nos tu pie domine qui dignatus es nos creare
Misertus igitur pius deus assumpsit humanitatem
Ut destrueret divitiam captivitatem
Qui olim dixit penitet me fecisse hominem
Factus est homo ut captivum liberaret hominem
Et hoc figuratum fuit quondam in pincerna pharaonis
Qui in carcere positus vidit somnum sue liberationis
Videbatur si quidem sibi quod coram se vitis de terra excrescebat
Que in se tres propagines sive tres ramos habebat
Vitis exorta uvas non protulit in momento statim
Sed incepit florere et uvas producere paulatim
Captivus cyphum pharaonis in manu tenebat
Et uvas meum exprimens poculum pharaoni offerebat
Post hoc audivit huius somni interpretationem
Et post tres dies obtinet liberationem
Illa fuit huius somni litteralis interpretatio
Sed ista est ipsius mistica prefiguratio
Ante salvatoris nostri humanam nativitatem
Sustinuit humanum genus miserabilem captivitatem
Gaudet vitis id est christus de terra id est de maria excrescebat

Qui in se tres propagines i. tres res mirabiles in se habebat
Habuit namque in se xpt carnem animam et deitatem
Que tria destruxerunt nostram captivitatem
Vel tres propagines sunt tres persone sancte trinitatis
Que liberaverunt nos de carcere diaboli captivitatis
Non tamen statim post xpi ortum humanum genus est liberatum
Sed quando vinum sanguinis sui in cruce regi celesti est oblatum
Tercio die postquam hoc vinum in passione est expressum
Genus humanum de captivitate est egressum
Hoc vinum celestem regem ita inebriavit
Ad omnem offensam humano generi liberaliter relaxavit
Hoc etiam vinum deus misericorditer reliquit
Et per cotidianam oblacionem sub sacramento instituit
Ut omni die regi celesti pro mundi offensa offeratur
Quia non est dies in qua deus a mundo non offendatur
Benedicta sit beatissima virgo maria
De qua data est nobis tam salubris medicina
De qua processit tam saluberrima vitis et tam pia
Benedicta sit salvatoris nostri clementia divina
Cumque xpt nasceretur vinee eu gaddi floruerunt
Et xpm per vitem signatum venisse ostenderunt
Benedicta sit salvatoris nostri ihu xpi nativitatis
De qua orta est angelis et hominibus facta est utilitas
Per ipsam enim homo de captivitate diaboli est liberatus
Et per ipsam est lapsus angelorum restauratus
Et te audimus nativitatis xpi nativitatem
Audiamus etiam nativitatis xpi modum et qualitatem
Modus signatus est in virga aaron amigdola
Que floruit et fructificavit virtute divina
Sicut ergo illa virga mirabiliter contra naturam germinavit
Ita maria super ordinem nature materialiter filium generavit
Virga aaron protulit fructum sine plantacione
Maria genuit filium sine viri commixtione
Virga florens aaron dignum sacerdocio intravit



Maria pariens nobis magnum sacerdotem portavit
In testa amigdalina dulcis mitteus latebat
In testa carnis xpi dulcissima deitas abscondita erat
In virga aaron in veniens frondium viriditatem
Florum suavitatem et fructuum ubertatem
Sic maria habuit viriditatem sue virginitatis
Suavitatem pietatis et ubertatem perpetue societatis
Non solum autem xpt iudeis ortum suum premonstravit
Sed etiam paganis patefacere non ietusavit
Non enim propter iudeos tantum in mundum veniebat
Sed omnes homines salvos facere intendebat
Circa idem tempus octavianus toto orbi dominabatur
Et ideo a romanis tanquam deus reputabatur
Ipse autem sibilla prophetissam consulebat
Sed in mundo aliquis eo maior futurus erat
Eodem die quando xpt in iudea nascebatur
Sibilla rome aureum celum iuxta solem contemplabatur
In circulo illo virgo pulcherrima residebat
Que puerum speciosissimum in gremio gerebat
Ad illa cesari octaviano narrabat
Et regem potentiorem ipso natum esse intimavit
O quam potens est rex regum et dominus dominorum
Qui humanum genus liberavit de captivitate demoniorum
Potentiam huius regis cesar augustus formidavit
Et ab hominibus deus vocari et reputari recusavit
O bone ihesu da nobis ita honorare tuam nativitatem
Ut non incidamus iterato in diabolicam potestatem
In precedenti capitulo audivimus de xpi generatione
Consequenter audiamus de magorum oblatione
Eodem die cum xpt in iudea esset natus
Ortus eius tribus magis moriente est nunciatus
Viderunt namque stellam novam in qua puer apparebat
Super cuius caput crux aurea splendebat
Audierunt quod vocem magnam dicentem sibi

Ite in iudeam et nouum regem natum in venientes ibi
Tres isti festinantes in iudeam pergebant
Et regi celi nato sua munera offerebant
Hii tres magi per tres robustos prefigurati fuerunt
Qui regi dauid aquam in cisterna bethlehem attulerunt
Istorum robustorum virtus et audacia multum commendatur
Sic magorum aduentus et oblatio valde approbatur
Tres robusti exercitum inimicorum non timuerunt
Sed viriliter castra eorum transeuntes aquam hauserunt
Sic tres magi potentiam herodis non formidauerunt
Sed audacter iudeam intrantes de nouo rege interrogauerunt
Caspar Balthasar melchior nomina sunt magorum
Abysai sobochay bachias nomina robustorum
Tres robusti perierunt bethlehem pro aqua cisterne
Tres magi venerunt bethlehem pro aqua gratie eterne
Tres robusti hauserunt aquam de cisterna terrestri
Tres magi susceperunt aquam gratie de patria celesti
Figurabat ergo illa bethlehemita cisterna
Quod nasciturus bethlehem esset celestis pinterna
Qui propinaret aquam gratie omni sitienti
Et daret aquam vite gratis pretium non habenti
Dauid rex aquam oblatam deo per gratiarum actione offerebat
Gaudens et exultans quod tam robustos viros habebat
Christus autem celi rex et terre gaudebat et exultabat
Quod aduentus magorum conuersatione gentium prefigurabat
Dauit rex sitisse videtur non aquam sed suam virtutem
Christus videtur sitisse nostram conuersationem et salutem
Tres robusti bethlehem breui tempore et hora perierunt
Tres magi ab origine breui tempore bethlehem peruenerunt
Si queratur quo tantum spatium tam cito poterant transmeare
Dicendum est quod christo nato non est impossibile hoc dare
Qui enim duxit abacuck subito de iudea in babiloniam
Cito perducere potuit de oriente in iudeorum regionem
Venientes igitur magi bethlehem coram puero procidebant

Aurum thus et mirram ei offerebant
Figura huius regis et huius oblacionis novi
Prefigurata fuit olim in regno regis salomonis
Salomon rex licet puer esset tamen sapientissimus fuit
Deus puer factus non minus sapiens quam antea extitit
Salomon rex residebat in throno de ebore mundissimo
Qui vestitus erat auro optimo et lucidissimo
Universi res terre regem salomonem videre desiderabant
Et ei munera preciosissima et carissima portabant
Sed regina saba tanta et talia munera offerebant
Quanta et qualia in ierusalem prius visa non fuerant
Thronus veri salomonis est beatissima virgo maria
In quo residebat ihesus xpistus qui est vera sophya
Thronus iste factus erat de nobilissimo thesauro
De ebore videlicet candido et fusus intus auro
Ebur propter sui candoris habet frigiditatem
Designat virginalis munditie castitatem
Ebur antiquus capit colorem rubeum
Sic antiqua et longa castitas reputatur martirium
Aurumque in valore suo precellit omne metallum
Signat caritatem que mater est omnium virtutum
Maria ergo dicitur eburnea propter virginalem castitatem
Et auro vestito propter perfectissimam caritatem
Et pulchre virginitati coniungitur caritas
Et sicut non timet lampadem nisi ardentem
Sic diabolus non timet virginem caritatem non habentem
Thronus salomonis super vi gradus erat exaltatus
Sic maria super excellit patriarcharum prophetarum et apostolorum
Statum quoque martirum confessorum atque virginum
Vel vi gradus thronus salomonis habebat
Quia post sex etates maria nata erat
Duodecim leuniculi super thronum vi gradus exornabant
Quia xii apostoli marie tamquam regine celi ministrabant
Vel xii leuniculi thronum decoraverunt

Quia xij patriarche progenitores marie extiterunt
Duos leones magnos chronus habebat
Significat quod duas tabulas preceptorum maria corde et opere tenebat
Summitas ipsius chroni erat rotunda
Quia maria erat sine angulo sordium et tota munda
Due manus fedile hinc inde tenebant
Quis pater et spiritus sanctus a matre filij numquam recedebant
Hic est chronus quem vos rex salomon sibi fecerat
Et in universis regnis mundi opus tale non erat
Magi vero venientes assumpserunt munera talia
Quia talia videntur congrua et non alia
Aurum ergo propter sui nobilitatem munus est regale
Per quod ostendebant puerum esse regem et se dicere tale
Thus autem oblatio erat sacerdotalis
Et puer ille erat sacerdos cui numquam fuit equalis
Cum mirra solebant antiqui corpora mortuorum condire
Et xpistus rex et sacerdos voluit pro salute nostra mortem subire
Nos ergo debemus offerre xpisto amorem dilectionis
Eo quod pura dilectione subijt penam humane passionis
Thus devote laudis per gratiarum actionem
Et mirram compassionis per mortis eius recordationem
O bone ihesu da nobis ita te condolere et diligere
Ut te in celis perhenniter mereamur videre Amen

Antecedenti capitulo audimus quomodo xpistus fuit a magis adoratus
Consequenter audiamus quomodo sit in templo domino presentatus
Quadragesima post xpisti nativitatem
Perfecit beata virgo a purificationis sue solempnitatem
Sed ipsa non habuit necesse de purificatione
Quia conceperat filium sine virili commixtione
Voluit tamen purificationem peragere ut ritum legis exsequeretur
Ne prevaricatrix legis esse videretur
Prevaricatrix legis ne quaquam erat
Quia omnia que legis erant diligentissima tenebat
Qua propter ipsa est per artham testamenti prefigurata

In qua inclusa erant omnia legis mandata
In archa enim erant due lapidee tabule moysi
In quibus scripta erant decem precepta dei
Que propter doctrinam audientium et legentium hic annotabo
Et breui quadam glosula elucidabo
Primum est deos alienos non adorabis
Idest verum deum celos et super eum nichil amabis
Secundum est non assumes nomen in vanum dei tui
Idest non blasphemes nec iurabis indebite nomine sui
Tertium est memento ut diem sabbati sanctifices
Ut scilicet in eo moraliter non pecces et opera illicita vites
Quartum est honora parentes tuos ipsis debite obediendo
Necessaria ministrando et animabus eorum miserando
Quintum est non occides verbo opere negligentia cogitatione
Auxilio consensu malo exemplo nec aliqua cogitatione
Sextum est non mechaberis videlicet operando cogitando loquendo
Nec iurisdictione aut fortitudine aliquam sustinendo
Septimum est non furaberis aliena aliquo modo attrahendo
Nec te aliena in vito domino suo ex industria vtendo
Octauum est non falsum testimonium contra proximum tuum dices
Idest mendacium et delatum et detractionem deuices
Nonum est domum vel agrum proximi tui non debes desiderare
Tali videlicet mente quod velles sibi cum suo dampnum ad optare
Decimum est vxorem seruum ancillam proximi non concupisces
Precedens de re in mobili istud de re mobili intelligas
Hec duo vltima in nullo videntur discrepare
Nisi quod res mobiles et immobiles volunt designare
Omnia ista dei mandata maria diligenter obseruabat
Et ideo archa testamenti ipsam figuraliter prefigurabat
Arch et testamenti libros legis continebat
Et maria libros sacre scripture libenter habebat
In archa etiam erat virga aaron que quondam floruit
Et maria floruit cum benedicta fructum ventris sui protulit
Archa etiam vrnam auream tamen manna continebat :-



Et maria nobis verum manna celi offerebat
Archa testamenti de lignis sethem et in putrebilibus erat facta
Et maria in putredine vel in pulvere nequaquam est redacta
Arch iiij^or circulos aureos in lateribus habebat
Et maria iiij^or virtutes cardinales in se gerebat
Que est temperantia prudentia fortitudo et iustitia
Hec sunt omnium virtutum radices et initia
Archa habebat duos vectes aureos quibus portabatur
Per quos duplex caritas s. dei et proximi in maria designatur
Archa tam tersetus quam extersetus deaurata erat
Maria intus et foris virtutibus resplendebat p figura
Qua et propter ipsa pulchre prefigurata est in candelabro aureo
Quod lucebat in lumine et in domini templo
Super quod vij lampades ardentes stabant
Que vij opera misericordie in maria figurabant
Que sunt ista cibare esurientem potare sitientem
Vestire nudum et colligere hospitium non habentem
Infirmos visitare et vinctis compati et liberare
Mortuos sepelire et necessaria funeralia ministrare
Nullus dubitet opera misericordie in maria plenarie fuisse
Quam constat matrem pietatis et regulam misericordie extitisse
Quod nec toti misericordie opera misericordie non impleret
Quod candelabrum divino igne accensum non luceret
Ipsam est candelabrum hec autem est lucerna
Ipsa est lampas ardens accensa luce superna
Ipsa tota splendens est et tota luminosa
Ipsa aurora rutilans et tamquam sol radiosa
Ipsa lucet et splendet super omnia astra celorum
Ipsa est luna huius noctis mundi et lux angelorum
Hoc candelabrum et eius candelam honoramus
Maria n. domino in sua purificatione candelam offerebat
Qui in festo purificationis accensas candelas baiolamus
Quam symeon lumen ad revelationem gentium continebat
Christus marie filius est accensa candela

Propter triplicem materiam que in venit in eo
Sunt enim in candela lithime et cera
Sic in xpo erant caro anima et divinitas vera
Hec candela per humano genere est domino oblata
Per quam nos et tenebrarum est illuminata
Oblatio huius beatissime et gloriosissime candele iiii figura iii
Quedam prefigurata fuit in puero samuele
Anna uxor helcane existens sterilis filium non habebat
Et pro puero domini exorans lacrimas uberrime fundebat
Anne igitur sterili deus contra morem vere filium inspiravit
Anna filium suum samuel nocens obtulit deo
Maria filium eius ihesum appellans obtulit eum patri vero
Anna obtulit filium qui iudeos erat propugnaturus
Maria obtulit filium qui mundum erat protectus
Filius anne postea a iudeis est resumptus
Filius marie ab eis est morte turpissima condempnatus
Hoc est quod symeon marie prophetando predicebat
Quod gladius filii sui ipsius animam pertransire debebat
O bone ihesu da nobis tuam presentationem ita venerari
Ut tibi in templo celesti in eam manibus angelorum presentari
In precedenti capitulo audimus quomodo xpus est oblatus
Consequenter audiamus quomodo in egyptum est fugatus
Cumque rex herodes quereret occidere xpm
Joseph premonitus ab angelo fugit cum eo in egyptum
Statim quando xpus et mater eius cum Joseph in egyptum intraverunt
Omnia ydola egipti et statue corruerunt
Et hec quondam ieremias egiptiis prophetaverat p figura
Quando in egiptum perceptivitatem ductus fuerat
Quem cum egiptii sanctum prophetam cognoverunt
Sustinebant ab eo si aliqua miracula in egipto futura erunt
Qui dixit eis quod in futuro quedam virgo esset peritura
Et tunc omnes dii et omnia ydola egipti essent ruitura
Egiptii igitur illum puerum potentiorem diis suis iudicaverunt
Et qualem sibi reverentiam exhiberent inter se tractaverunt

Imagine ergo virginis cum puero pulcherrimo sculpebant
Et sibi divinos honores iuxta suum modum exhibebant
Interrogati postea a ptolomeo cur hoc facerent
Dixerunt quod talem prophetam hoc ad implendum expectarent
Hec autem propheta quam predixerat ille sanctus propheta
Rpo intrante egiptum cum matre est impleta
Nam omnia ydola egipti et statue corruerunt
Et virginem sicut predictum fuerat peperisse indicaverunt
Hoc idem et erat figuratum in moyse pharaone
Infractione dei sui et hamonis et corone
Pharao enim rex egipti coronam regale habebat
In qua ymago dei sui hamonis artificialiter scripta erat
Vaticinatum est egyptiis quod de iudeis quidem puer nasceretur
Per quem populus iudaicus liberaretur et egiptus destrueretur
Precepit ergo pharao ut iudei pueros suos in flumine proiecerunt
Ut sit illum quem timebant periter interimerent
Amiom pater et iochabeth decreverunt se ab invicem separare
Quia mallent potius carere liberis quam ad necem procreare
Receperunt autem rursum adeo responsum ut simul habitarunt
Quia puerum quem egiptiis timebant ipsi generarunt
Concepit ergo iochabet et peperit pulcherrimum filium
Et abscondit eum tribus mensibus intra suum concilium
Cumque diutius eum occultare non valebat
In viscellam eum recludens in flumine exponebat
Eadem hora filia pharaonis secus flumine deambulavit
Et puerum invenies sibi in filium adoptavit
Quem illa moysen vocat et fecit educari
Et postea decrevit eum regi pharaoni mittendum presentari
Cui pharao illudens coronam suam imponebat
Quam ille proiciens ad terram penitus confringebat
Quod videns quidam pontifex ydolorum exclamavit
Hic puer quem nobis occidendum deus monstravit
Cumque evaginato gladio ipsum occidere voluisset
Dixerunt quidam quod puer hec ex insipientia fecisset

Intuius rei argumentum carbones quidam sibi offerebant
De quibus puer nutu dei moros suum proiciebant
Saluatus est ergo moyses nutu dei et vixit
Procedente tempore iudeos cum de egipciaca seruitute eduxisset
Ea que hic narrata sunt de puero isto
Figuraliter ptim conueniunt puero ihesu xpo
Rex pharao iudeorum puros submergere coegit
Et ut puerum moysen pariter submergere satagit
Ita rex herodes omnes puros bethlehem occidi mandauit
Quia puerum ihesum pariter cum eis occidi affectauit
Moyses nutu dei saluatus est a uete pharaonis
Sic xpus nutu dei saluatus est de gladio herodis
Moyses natus est ut filios israel educeret de egipto
Xpus homo factus est ut nos eriperet de inferno
Moyses deum regis egipti cum corona confregit
Xpus omnia ydola egipti et deos eorum in nichilum redegit iii figura
Horum autem ydolorum et illa statua pretendebat
Quam rex nabuthodonosor in somnis videbat
Huius statue caput et collum erant ex auro
Brachia vero ipsius et pectus erant ex ero
Tibie autem ipsius videbantur materiam ferri habere
Pedum pars quidam erat fictilis id est terrea
Quedam vero pars eorum videbatur ferrea
De monte autem sine manibus quidam lapis est abscisus
Et in pedes ymaginis sine ydoli est illusus
Conteruitque eam et in puluerem omnino redegit
Et postea idem lapis in montem maximum extreuit
Lapis iste significat filium dei ihesum xpum
Qui pro salute generis humani venit in mundum istum
Lapis abscisus est de monte sine manibus
Xpus natus est sine tactu materialibus
Lapis iste scilicet xpus contriuit in egipto omnia ydola
Sine aurea erant sine argentea
Erea pariter contriuit et etiam ferrea

Confregit quoque fictilia i. terrea
Omnes iste materie erant in predicta ymagine sine statua
Et omnia ydola corruerunt de quacumque erant materia
Lapis iste contra statua in monte magnum excreuit
Quia destructa ydolatria christi iam per totum mundum inoleuit
Vel lapis iste crescebat et mons magnus est factus
Quia hostis christi herodes quasi ad nichillum est redactus
Xpus autem rediens in iudeam crescebat
Etate et sapientia coram deo et hominibus proficiebat
Et candidum creuit in monte talem et tantum
Ad sua immensitate repleuit tam mundum et tam celum
Et quis ascendet in montem domini istum
Nisi innocens manibus et mundo corde hic videbit xpm
Hic accipit benedictionem a domino
Et misericordiam a deo salutari nostro suo
O bone ihesu da nobis ut mundo corde tibi seruiamus
Et in montem tuum ascendentes te sine fine videamus
In precedenti capitulo audimus quomodo xpus in egiptum est fugatus
Consequenter audiamus quomodo a iohanne i. iordane fit baptizatus
Cumque circissimum etatis sue annum inchoaret
Venit ad iordanem ut eum iohannes baptizaret
Xpus autem filius dei uiui baptismum non indigebat
Sed pro salute generis humani baptizari volebat · daret
Ut videlicet tactu sui sacri corporis aquis haberet virtutem ·
Ut homo in eis baptizatus mundatus regnum celorum
Et istud in mari ene et in lauatorio erat prefiguratum
Quia ante introitum templi ierusalem fuit collocatum
Sacerdotes enim qui templum domini in gressurij erant
In hoc lauatorio se lauari necesse habebant
Ita omnes qui uolunt celeste domini templum
Necesse habent ut prius lauentur per baptismum
Notandum autem quod triplex est baptismus
Videlicet fluminis sanguinis et fluminis
Baptismo fluminis baptizamur per aque in mersione

Baptizmo sanguinis p martirum passione
Baptismo fluminis r spt sci homo baptizat
Si no ht baptam et cu proposito bap moriat
Si aut sup vixit no sufficit ei solu propositu
Nisi suscepit ab aliq si pt aque baptismu
Nec valz alicui baptismus sanguinis sine matrium
Si pt et no volt suscipe aque baptismu
Baptismus g aque sn fluminis est summe necessarius
Templu dni celeste ingredi volentibz
Baptismus fluminis debz fieri in pura aqua
Non in vino nec in lacte nec in quacunqz materia alia
Mare eneu sine lavatorium factu erat exere
In quo consueverunt artifices quelz metalla commisce
Ita in qualz lingua possunt vba bap pronunciari
Sed tn approbata forma vborum debz servari
Quilibz et homo pt conferre baptismu
Si intendit facere q ecclia instituit faciendu
Duodecim boves enei mare portaverunt
Sic xij apli bap xpi p totu mundu dilataverunt
Nec pterendu est q hic lavatoriu sn mare eneu
Circumtectu et ornatu erat speculis mulierum
Ut ingressuri se spectarent et viderent
Si aliqm maculam vl aliqm intendenciam hrent
P hoc figurabat q baptizmus requirit conscie pfectionez
Pcti disciplencia et cordis contricionez
Qua ppter Johes baptista quibusdam phariseis sic dicebat
Quos ad bap sn contricione accedere videbat
Geminina viparum quo iram futuri iudicis effugetis
Qd videlz bap suscipitis et contricionez no hetis
Qui aut suscepit bap cu cordis contricione
Mundat ab omni pctorum suorum sordidacione
Istud 2 quondam figuratu quondam in aliis syro Sm figura ij
Qui leprosus erat et mundatus erat i Jordane mo miro
Naaman erat gentilis et ignorabat dni :-



Et tu venit procura ad prophetam dei elyzeum
Adiussu autem helysei septies in iordane lauabatur
Et sic a bonum lepra sua ita mundabatur
Helizeus per septenam aque iordanis lationem
Prefiguravit vij mortalium peccatorum in baptismo ablutionem
Caro naaman per iordanem facta est ut caro parvuli
Et statim antequam iterum peccarent morientur
Sine omni impedimento regnum celorum ingrederentur
Et hic innuit in eo quod celum apertum est super xpm
Quando suscepit in aqua iordanis a iohanne baptismum
Quicumque ergo regnum celorum intrare voluerit
Non intrabit nisi prius est baptizatus fuerit
Istud etiam prefiguratur olim in transitu iordanis
Quando filij israel intraverunt terram promissionis
Quando non filij israel terram promissionis intraverunt
Prius iordanem figuram baptismatis transiverunt
Sic oportet omnes per lauacrum baptismi transire
Qui desiderant veram terram promissionis pervenire
Archa domini in medio iordanis portabatur et ibi stabat
Omnis autem populus cum peccatoribus suis transmeabat
Aqua autem que erat in superiori parte arche non processit
Sed in star montis sese super se congessit
Aqua autem a parte inferiori in mare defluebat
Et inferior alveus iordanis siccus remanebat
Tulit autem populus xij lapides de iordanis alveo
Et fecerunt tumulum in litore pro memorialij perpetuo
Duodecim lapides in alveum de litore portaverunt
Et in loco ubi archa steterat tumulum composuerunt
Sic quoque omnis populus alveum iordanis sicco pede transibat
Et fluvius iordanis ad pristinum statum re redibant
Archa testamenti que in medio iordanis steterat
Xpm qui in iordane baptizatus erat figurabat
In archa erat virga aaron que quondam floruerat
Xpt per florem huius virge figurat fuerat

Inarcha etiam manna panis celi erat
Et xpt est panis vivus qui de celo descendebat
Inarcha 2 erat deuteronomij libri legis
Et idem deus homo factus est qui dedit legem iudeis
Inarcha erant 2 decem dni precepta
Quia idem deus qui dedit precepta instituit pabtissima
Archa de lingno chechni inputribili facta fuit
Et caro xpi licet moreretur et sepeleretur non tamen computruit
Archa erat lingnea et tamquam de auro polita
Et xpt erat deitas tam in morte quam in vita semper unita
Duodecim lapides testimoniales xij sunt apli
Qui per orbem terrarum testificati sunt baptismum xpi
O bone ihu da nobis baptismum tuum ita venerari
Ut tecum in perpetua gloria mereamur commorari

Precedenti capitulo audimus quomodo xpt fuit a iohanne baptizatus
Consequenter audiamus quomodo a dyabolo fuit temptatus
Post baptismum ductus est ihs in desertum a spiritu
Id est ihs intravit in desertum ex spiritu sancti instinctu
Non sit intelligendum quod duxerit eum per aerem
Sicut angelus abacuc prophetam in babilonem
Sic 2 non dyabolus eum duxit super templum
Ad ut facilius intelligatur per exemplum
Hoc verbum duxit non dei loco ponitur per ambulare
Aliquando non solum inductionem vel ducatum significare
Moyses duxit filios israel de egipto
Non ergo sequitur quod baiolaverit deos in dorso
Sic dyabolus xpm non per aerem ducendo baiolavit
Sed in forma hominis ei apparens verbis blandis secum ire persuasit
Xpt autem qui propter nos temptationis sustinere volebat
Sibi consensum dedit et secum templum et montem ascendebat
Voluit autem xpt temptari pro nostra instructione
Ut ostenderet neminem posse in hoc mundo esse sine temptatione
Si enim xpt filius dei a dyabolo temptari voluit
Nullus putet quod sine temptatione vivere possit



Et si forsan homo ab una temptacione liberaret
Statim alia sibi a demonibus preparat
Qua propter xpistus non est temptatus ab uno tamen vicio sed a tribus
Quia demonis temptant nos viciis multiplicibus
Et si hominibus deus et suam et angelorum custodiam non dedisset
Nullus homo temptacionis evadere posset
Nam sicut radius solis plenus videtur esse pulveribus
Ita mundus iste plenus est demonibus
Et ideo cum aliquem per temptacionem cecidisse videmus
Ex intimo cordis sibi compati debemus
Non statim debemus eum temptare vel publicare
Sed proposse peccatum eius occultare et excusare
Si autem non poterimus excusare facti perpetracionem
Excusemus prout poterimus ipsius intencionem
Si autem tale fuerit quod neutrum possis excusare
Debet quilibet intra se ingemiscere et sic cogitare
O quam deterius tibi miser plures accedisset
Si deus per misericordiam suam te non custodisset
Notandum autem quod temptator proposuit xpo tria vicia
Que sunt gula superbia et avaricia
Cumque ihesus xl diebus et xl noctibus ieiunasset
Suspicatus est sathanas quod famelicus esset
Solet autem diabolus temptare hominem per tale peccatum
Ad quod viderit eum magis inclinatum
Cum autem ihesus famelicum autumaret
Cogitabat apud se ut de gula eum temptaret
Temptator primo hominem per gulam invadit
Quia crassatus citius quam abstinens in peccatum cadit
Qua propter primos parentes de gula primo temptabat
Et ad comedendum fructum prohibitum instigabat
Frustra igitur contra alia vicia nititur aliquis repugnare
Nisi prius distat gulam et immoderantiam refrenare
Xpistus igitur diabolo in temptacione gule superavit
Et hoc quondam daniel in ydolo belis et dracone prefiguravit

In babilone ydolum belis prode colebat
Et multum comedere et multum bibere dicebat
Cotidie n. offerebant ei panes xij mensurarum
Sex amphore vini et carnes xl ovium coctarum
Sacerdotes autem ydoli parvam subterraneam noctibus intraverunt
Uxores et liberos secum ducentes hec omnia consumpserunt
Quorum vestigia pedum daniel pertinens invenit
Et de licentia regis bel destruens illos interemit
Ibidem et draco in spelunca latitabat
Que tota gens illa tamquam deum estimabat
Et statutis hominis sacerdos suus cibum suum ei offerebat
Quem ille gratanter accipiens semper ibi permanebat
Daniel autem massam de pice et adipe et pilis confecit
Et de licentia regis eam in os draconis proiecit
Quantum comedisset statim est ruptus
Et sic utrique devorator per danielem est destructus
Daniel ergo qui istos devortatores et gloriosos ab humanavit
Christum qui temptationem gule nitit prefiguravit
Christus et superavit diabolus in temptatione superbie
Et hoc prefiguravit est olim in david et nece golie
Goliatas superbissime et fortissime sua iactabat
Et nullum sibi similem inter omnes filios israel estimabat
David autem ipsum cum funda ad terram deiecit
Et proprio gladio ipsum cum dei adiutorio interfecit
Goliatas iste gygas superbus figuram tenet lucifer
Qui in regno celorum affectavit similis deo fieri
David autem pastor qui huius superbi gygantem prostravit
Christus est qui temptationem superbie humiliter superavit
Temptationes superbie diverse sunt et ubique generales
Quia regnat non tantum inter seculares sed et inter claustrales
Sepe enim quam nulla vitia vincere possunt
Vana gloria et appetitus humane laudis corrumpunt
Sepe enim sub veste vilissima latitat mens tam elata
Sicut sub purpura imperatoris de aurata :-

Tertio xpc dyabolum in temptacione avaricie superavit
Hoc David in nece leonis et ursi prefigurabat
Leo et ursus convenienter avariciam prefigurabant
Quia auferendo sibi ovem rapinam perpetrabant
David autem ovem suam eripiens raptores interfecit
Et xpc superata temptacione avaricie sathanam a se reiecit
Abiecto autem sathana accesserunt angeli
Et tamquam victores et triumphatori ministrabant
Sic qui viriliter pugnando contra dyabolum triumphaverunt
Ministerio et consortio sanctorum angelorum dignus erit
O bone ihesu da nobis in cunctis temptacionibus ita triumphare
Ut tecum mereamur in eterna gloria inhabitare
In precedenti capitulo audimus quomodo dyabolus xpm temptavit
Consequenter audiamus quomodo xpus mariam magdalenam curavit
Cumque ihesus tricesimum annum inciperet a iohanne est baptizatus
Et statim post baptismum a dyabolo est temptatus
Postea accepit populo predicare et baptizare
Exemplum et doctrina viam salutis monstrare
In principio sue predicacionis emisit hunc dulcem sonum
Penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum
Per penitenciam predicavit regem celestis apcionem
Quem adventum suum nunquam audivit homo talem sermonem
Fidelis sermo et omni acceptione dignus
Per penitenciam meretur homo regnum celorum peccator malignus
Istud apparet in peccatrice magdalena
Que fuit vij demoniis et mortalibus plena
Que eiecta sunt a bea per contricionem
Ipsa misericorditer consecuta est dei clemenciam
Nullus ergo peccator debet de misericordia disperare
Quia deus presto est cunctis penitentibus debita relaxare
Insuper penitentes ad regnum celorum revocat
Quod ante adventum xpi nulli penitenti fieri poterat
Istud deus per manassen olim prefigurabat
Quem propter penitenciam de captivitate in regnum celorum revocabat



Manasses infinitis peccatis offenderat deum
Prophetas suos occidens et nichil reputans eum
Et omnes prophetas arguentes eum crucidavit
Ad plateas ierusalem sanguine purpuravit
Ysaiam prophetam qui ipsum de sceleribus suis redarguit
Cum serra lignea per medium dissecare fecit
Tandem post multa scelera ab hostibus suis est captivatus
Et in exilium deductus et carceri deputatus
Cumque esset in carcere cepit penitentiam habere
Toto corde per peccata scelera deflere
Oravit quoque dominum profusis lacrimis amaris
Peccavi in quo domine super numerum arene maris
Et iam non sum dignus videre celi altitudinem
Propter iniquitatem meam multitudinem
Iram tuam deus clementissime irritavi
Et malum coram te feci et illicita perpetravi
Misertus dominus ostendit ei suam clementiam
Et misericorditer acceptavit eius penitentiam
Nam de carcere et de captivitate eum liberavit
Et in regnum suum et ierusalem ipsum revocavit
Per hunc manassen peccator malignus designatur
Qui cum sine timore domini peccat domini non curare probatur
Prophetas domini ipsum arguentes crucidat
Qui predicatores et doctores audire recusat
Et quamdiu tales peccator perseverat in peccato mortali
Tamdiu probatur esse in captivitate diaboli
Si autem ex toto suo egerit penitentiam
Dominus paratus est sibi succurrere per suam clementiam
Hoc idem dominus innuit parabolam
Quam predicavit de filio prodigo secundum Lucam
Qui rediens a patre suo in regione longinqua
Et ibi luxuriose vixit et consumpsit omnem suam substantiam
Et tunc incipiens egere ad quandam villam veniebat
Et uni civium adheret porcos suos pascebat



Prodigus iste filius significat
Qui a patre suo celesti recedit qui mortaliter peccat
Et tunc in regione longinqua est filius iste malus
Quia secundum prophetam longe est a peccatoribus salus
Et talis luxuriose consumit suam substantiam
Quando sensus et suos vires convertit ad malitiam
Et tunc ad heret uni cinium i. lutifero et pascet porcos
Quia scelibus suis cerimoniosis cibat diabolos
Post hec filius prodigus pervenit ad tantam necessitatem famis
Quod cupiebat replere ventrem suum cum siliquis
Tunc ad se reversus penitentiam agere incipiebat
Quia penuria et necessitas ipsum compellebat
Et in hoc possumus notare salvatoris clementiam
Qui et peccatores compellit ad penitentiam
Intantum ut salutem nostram querit et diligit
Quod omnibus modis quibus potest nos sibi attrahit
Quasdam ut sibi attrahit per internam inspirationem
Aliquos autem attrahit per salutiferum predicationem
Quosdam et attrahit et allicit per beneficiorum largitionem
Quosdam vero compellit per flagellationem
Isto modo filius prodigus compellebatur
Qua propter penitentia ductus ad patrem suum revertebatur
Videns autem pater eum a longe sibi occurrebat
Et amplexus eius et in oscula eius ruebat
Sicut deus occurrit penitenti per gratiam prevenientem
Et recipit eum per clemens omnia scelera dimittentem
iii Istud et prefiguratum fuit olim in rege David
Qui adulterium et homicidium in iuria perpetravit
Cumque redarguens a nathan peccavi diceret
Paratus erat pius dominus ut sibi statim dimitteret ~~nathan respondit~~
Dominus transtulit peccatum tuum i. dimisit
O quam magna est pietas tua domine et quam ineffabilis
Qui nullum penitentem cuiuscumque condicionis despicis
Nam cum diceret peccavi statim nathan respondit

Non respuisti petrum paulum thomam et matheum
David achab manassen latronem achyor et zacheum
Niniuitas samaritanum raab ruth et alulterum
Theophilum gibertum chaidem et mariam egipciatam
Gumuthum symonem cornelium ezechiam
Madalenam longinum et moysi mariam
Non ergo propter in manitate peccatorum nostrorum desperemus
Quia diuersos testes diuine misericordie habemus
O bone ihesu concede nobis veram et perfectam penitentiam
Per quam peruenire mereamur ad tuam gratiam mellifluam
In precedenti capitulo audimus quomodo conuersio magdalene est facta
Consequenter audiamus que circa xpm. in die palmarum sunt peracta
In ista enim die tria principaliter nobilia contigerunt
Que olim per tres figuras premonstrata fuerunt
Videns enim ihesus ciuitatem ierusalem fleuit
Cum laudibus susceptus fuit mercantes de templo eiecit
Primo notandum est quod ihesus videns ciuitatem flebat
Compatiens ciuitati de miseria que illi imminebat
Iste fletus domini nostri saluatoris iam preexpiratus
Fuit olim in lamentacionibus ieremie prefiguratus
Qui deflebat desolacionem ierusalem factam per babilonios
Ita ihesus deflebat desolacionem ierusalem futuram per romanos
Sic et nos exemplo xpi ex compassione flere debemus
Cum proximos nostros afflictos vel affligendos videmus
Plus est compati afflicto quam bona temporalia erogare
Quia compatiens afflicto videtur aliquid de se ipso sibi dare
Compati debemus tam melefactoribus nostris quam inimicis
Exemplo xpi qui compassus est suis inimicis
Impossibile est illam misericordiam dei et gratiam non mereri
Qui scit afflictis compati ex corde et misereri
Secundo notandum est quod populus xpo laudibus obuiauit
Et hoc olim prefiguratum est per regem dauid
Cui populus post cedem golye cum laudibus obuiabat
Et canticum laudis in honore ipsius decantabat

In quo cantico ipsum dauid regi sauli preferebant
Et sauli mille et dauid x. milia attribuebant
Dauid dominum nostrum ihesum xpm prefigurauit
Qui goliam i. diabolum aduersarium nostrum superauit
Iste verus dauid i. xpt in die palmarum
Honoratus fuit multipliciter in occursu turbatur
Quidam ossanna filio dauid acclamabant
Alii benedictus qui venit in nomine domini personabant
Quidam regem israel eum esse asserebant
Quidam eum saluatorem mundi continuebant
Quidam cum floribus quidam cum palmis occurrunt
Quidam vestimenta sua in via prostrauerunt
Mistice ierusalem visio pacis interpretatur
Per quam fidelis anima spiritualiter designatur
Ad hanc saluator noster omni hora paratus est venire
Et nos dei in occursum per contritionem debemus ire
Laudes domino clamosis vocibus decantamus
Quando in confessione peccata nostra cum gemitibus recitamus
Ramos palmarum ad laudem dei manibus portamus
Quando corpora nostra in satisfactione disciplinae castigamus
Vestimenta nostra in via ad honorem dei prosternimus
Quando temporalia nostra erogamus xpi pauperibus
Cum floribus occurrimus et honoramus
Quando nunc operibus et diuersis virtutibus nos ornamus
Xpm ihesum qui venit in nomine domini benedicimus
Quando pro beneficiis nostris deuote sibi gratias dicimus
Regem eum et dominum nostrum esse protestamur
Si opera nostra cum timore dei et reuerentia aperamur iij
Tertio notandum quod ihesus flagellum de funiculis fecit
Ementes et vendentes flagellando de templo eiecit
Mensa subuertit nummulariorum et effudit es eorum
Nam et erant ipsi vsurarii et collubiste phariseorum
Hec autem flagellatio domini recitata
Olim fuit in eliodoro prefigurata :-

Rex aut se leuterus misit principe suum chyodorum
Ut iret in ierlm et spoliaret ibi dni templum
Cumque audacter intrasset manu armata
Statim contra eum vindicta dei est prouocata
Ex improuiso enim affuit quidam equus horribilis
Et quis sedebat sup eum armatus erat et terribilis
Equo aut elyodori priores calces in misit
Et ipm deiciens fremebundus ad terram collisit
Affuerunt in sup alii duo robustissimi adolescentes
Elyodorum flagellis usque ad mortem percutientes
Quo facto predictus equus et duo adolescentes disparuerunt
Et elyodorum tanquam mortuum flagellatum reliquerunt
Sed orante pro eo summo pontifice omnimode reuixit
Et rediens ad dnm suum solenterium dixit
Si habet rex aliquem hostem cuius morte affectat
Illum ad spoliandum templum in ierlmis mittat
Theodoro flagellatus fuit propter templum dni spoliacionem
Iudei spoliati fuerunt propter usure palliacionem
Pharysei enim posuerunt in templo collubistas et nummularios
Qui uolentibus offerre mutuo dabant denarios
Et quia iuxta legem usuras accipere non debebant
Collibia cum i. parua minuscula recipiebant
Ficus uuas nuces poma nominabant collibia
Amigdola pullos anseres columbas et similia
Sicque usuram fraudulenter sub pallio tegebat
Hec verba dni in ezechyele scripta non attendebat
Usuram et omnem sup habundantiam non accipiatis
Ofres kmi verbum hoc diligenti memoria recondatis
Sed proch dolor multi xpiani hodie in ecclesia sunt
Qui fraudulenter similem usure palliacionem faciunt
Qui mutuum non dant pure propter dei dilectionem
Sed propter munera uel seruicia fauorem uel promocionem
Hii petant grauiter ut illud dni non pondantes
Mutuum date nichil in desperantes :-

Talis dns de templo suo celesti expellet
Et radicem eorum de terra viventium evellet
Studiamus ergo templum dei et divinum cultum venerari
Si nollumus a dno flagello perpetuo flagellari
Relinquamus et usuram et omnem speciem usure
Ne expellamur a dno de templo glie future
Bone ihu doce nos hec omnia caliter custodire
Ut mereamur in templo glie tue eternaliter commanere
In precedenti capitulo audimus de palmarum die
Consequenter audiamus de cena et sacramento eukaristie
Appropinquante tempore quo xpc voluit subire passionem
Decrevit pro memoriali perpetuo instituere sacram communionem
Et ut nobis suam dilectissimam dilectionem demonstraret
Placuit sibi ut se ipsum nobis in cibum daret
Istud solum in manna celi fuit prefiguratum
Ad filiis israel in deserto de celo erat donatum
Magnam dilectionem dns iudeis videtur exhibuisse
Sed infinitiores magis perhibet nobis contulisse
Dedit enim iudeis panem magnum sed materialem et temporalem
Nobis autem contulit panem super substantialem et eternalem
Manna dicebatur panis celi nunquam tamen fuit in celo vero
Sed creatum erat a deo in aere sine in celo aereo
Xpc autem salvator noster est panis vivus et vivus
Qui de celo vero descendens factus est noster cibus
Iudeis ergo solummodo figuram veri panis tribuit
Nobis autem non figuram sed veritatem dei panis contulit
Notandum autem quod multa fuerunt in manna figuraliter premonstrata
Que in sacra eukaristia sunt veraciter consumata
Manna celi valde mirabilis nature esse videbatur
Quia in radio solis liquefiebat et ad ignem indurabatur
Ita eukaristia in cordibus vanis liquefit et evanescit
In cordibus ignitis perdurat et recedere nescit
Mali enim sumunt eucharistiam ad suam dampnationem
Boni autem ad divinam et perpetuam consolationem

Cumque descendebat manna similiter descendebat et ros celi
Per quod innuitur quod dignis cum eukaristia similiter confertur gratia dei
Manna erat album et ad modum vivis candidum
Per quod innuitur quod communicans debet habere cor purum et mundum
Manna habet in se omne delectamentum tibi videlicet terrestris
Sed eucharistia habet in se omne delectamentum tibi celestis
Hoc autem delectamentum non seritur in satiamenti masticatione
Sed in sanctis meditationibus et celestium contemplatione
Gustus manne in omne saporem prout quilibet desiderabat convertebatur
Sed dulcedini christi nullus sapor huius mundi assimilatur
Qui de hac dulcedine perfecte semel gustaret
Omne delectamentum huius seculi ad sinthium reputaret
Petrus de ista dulcedine in monte thabor gustaverat
Statim tabernacula facere et semper ibi manere affectaverat
Precepit autem moyses populo ut mane ante ortum solis exirent
Et singuli pro illo die sibi unum gomor colligerent
Contigit autem miraculose quod vorates qui plus collegerunt
Cum ad propria redibant non plus quam gomor habuerunt
Similiter et illi qui plenam messam colligere non potuerunt
Cum ad propria redirent plenam mensam invenerunt
Sic communicans qui plures hostias receperit
Non plus habet quam ille cui unam receperit
Similiter et ille qui particulam hostie sumpserit
Non habet minus quam ille qui integram vel plures sumpserit
Cena domini fuit prefigurata in agno paschali
Quia feria v. in pascene a iudeis solebat manducari
Hunc dominus primo precepit filiis israel manducare
Cum decrevit eos de egyptiaca servitute liberare
Ita christus sacramentum eukaristie tunc primum instituit
Quando nos de diabolica potestate eripere voluit
Cum filii israel agnum pascalem manducabant
Succincti erant et baculos in manibus tenebant et stabant
Ita communicantes debent esse succincti parentis et corporis castitatem
Et tenere baculos precepti fidei firmitatem



Debent et erecti stare in bona vita quam in thoaurunt
Et non se iterum reponere in lutum de quo surrexerunt
Agnus edebatur cum lactucis agrestibus que sunt donare
Et nos debemus corpus dni cum amara contritione manducare
Qui comedebant agnum tenebantur pedes suos calcare
Per pedes sacre scripture desidia designare
Communicantes ergo pedes suos calcare tenentur
Cavendo ne desidia ipsorum sorde aliqua maculentur
Agnus paschalis non fuit totus aqua sed assus igne
Et communicans debet ignitus caritate ut manducet digne
Xpc eukaristiam sub spe panis et vini donavit
Hoc olim melchisedech rex et sacerdos prefiguravit
Quatuor reges in quo abraham habitabat nascuntur
Et multa spolia et loth cum multis captivis abduxerunt
Abraham vero cum suis ipsos insequebatur
Et percutiens eos cum captivis ad propria revertebatur
Occurrit vero ei melchisedech offerens panem et vinum
In quo prefigurabatur hoc sacramentum divinum
Melchisedecht erat sacerdos dei altissimi
Et gerebat signum dni nostri ihu xpi
Xpc n. est rex qui omnia regna creavit
Ipse n. est sacerdos qui primam missam cantavit vel celebravit
Melchisedecht rex et sacerdos panem et vinum obtulit
Xpc sub spe panis et vini hoc sacramentum instituit
Qua propter sacerdos secundum ordinem melchisedecht appellatur
Quia hoc sacramentum in oblatione melchisedecht prefigurabatur
Melchisedecht erat sacerdos et princeps regularis
Quia in dignitate precellunt omnes principes imperiales
Excellunt et in potestate omnes patriarchas et prophetas
Et et quod amodo ipsas virtutes angelicas
Sacerdos n. sacramenta conficiunt quod angeli facere nequeunt
Nec patriarche nec prophete olim facere poterunt
Dominaria filius dei semel olim incarnabatur
Per sacerdotem aut sepius panis in carnem transubstantiabatur

Sacerdotes ergo propter sacrum debemus honorare
Quos Xpi confectores sui sacri dignatus est hordinare
O bone Ihesu da nobis ita sacrum tuum venerari
Antecedenti capitulo quo Xpt eucharistiam instauravit
Consequenter audiamus quo hostibus suis occurrens ipsos prostravit
Cumque iudas cum aliis percepisset sacram communionem
Abiit ut faceret hostium Xpi congregationem
O quanta erat Xpi benignitas et clementia
O quanta erat iude malignitas et dementia
Xpi ir cum sacramento corporis et sanguinis cibavit
Et ipse de traditione ipsius in corde suo tractavit
Xpt sciens omnia noluit eum prodere ut sacramentum negare
In quo voluit sacerdotibus formam communicandi dare
Sacerdos sciens aliquem cum mortali ad communionem accedere
Non debet sibi negare ne videatur eum prodere
Abiit ergo iudas ut inimicos Xpi congregaret
Xpt autem iuit ad locum quem sciebat iudas ut eum ibi expectaret
Venerunt ergo armati gladiis et fustibus
Querentes eum in tenebris luterinis et facibus
Ihesus autem absque armis in occursum illorum iuit
Et quem quererent tamen omni mansuetudine quesivit
Illi autem tamquam gigantes contra eum steterunt
Et ut Ihesum nazarenum quererent responderunt
Ihesus autem mitissimus dabat eis responsum
Dicens humili voce et benigno animo ego sum
Quo audito omnes retrorsum abierunt
Et tamquam mortui coram eo in terram corruerunt
O dementissimi iudei quid prodest vobis tanta multitudo
Quod vilis iacetis prostrati mitissimo verbo uno
Quod prosunt vobis multa et diversa consilia
Quorum prostrata uno verbo tanta milia
Quid prodest vobis armatura vestra tam terribilis
Que uno verbo perterrita perhibetur esse inutilis
Ut a te numquam mereamur in perpetuum separari

Nonne videtis xpm solum potentiorem omnibus nobis esse
Et si vellet omnes vos interficere posse
Immo posset precipere terre superpedibus vestris aperiri
Et nos omnes vivos tamquam dathan et abyron de gluti
Vel posset et ignem et sulfur super nos pluere
Et tamquam sodomam et gomoram consumere
Vel posset per aquas celi nos omnes delere
Sicut olim delevit totum mundum fere
Vel posset nos tamquam uxorem loth in lapides mutare
Vel tamquam egyptios diversis plagis molestare
Vel posset nos omnes convertere in pulverem et cinerem
Sicut exercitum vel senecharib c. lxxx milia hominum
Vel posset nos interficere per mortem subitaneam
Sicut olim interfecit filios iude hic et omnem
Vel posset nos omnes interficere per gladium angelicum
Sicut sor david interfecit maximum populum
Vel posset nos omnes in potestatem dyabolo dare
Sicut temporibus chobie dedit septem viros sare
Vel posset ignem dare qui consumeret nos
Sicut chore cum suis et duos quinquagenarios
Vel posset mittere in nos ignitos serpentes
Sicut olim in predecessores nostros sibi contra dicentes
Vel posset nos discerpere per missos boves
Sicut olim in samaria regis salmanassar colones
Vel posset nos dillaterare per rabidorum ursorum dentes
Sicut olim xl. puros elizeum deridentes
Vel posset nos tamquam heliodorum flagellari et conculcare
Vel tamquam antiochum putrefactione et vermibus necare
Vel posset nos percutere per subitam lepram
Sicut percussit gesi et sororem moysi mariam
Vel posset nos percutere cecitate et atrisia
Sicut sbheliseo percussit exercitum de siria
Vel posset omnium nostrum brachia arida facere et indurare
Sicut olim fecit regi geroboam in bethol iuxta altare

Vel possz arma vra consumere dentibz vermium
Sicut consumpsit in exercitu siriorum omnes cordas arcium
Omnia 2 et similia si vellet possz defendere
Sed non vult nisi ad modicum nos prosternere
Hoc fecit ut ostenderet se voluntarie morte sustinere
Et si vellz reniti non possz tis eum capere nec tenere
Cum ergo xpus ostendisset suam victoriam et potentiam p^a figura
Hec victoria hostium xpi iam recitata
Fuit olim in sampsone et sangar et dauid prefigurata
Sampson cum mandibula prostravit mille viros
Et sangar cum vomere interfecit sexcentos s^a figura
Sed isti dei adiutorio tot hostes prostraverunt
Non est mirum quod coram xpo omnes hostes eius corruerunt iii^a figura
Scriptura regem dauid tenerrimum ligni vermiculum dicit
Qui octingentos viros uno impetu occidit
Vermiculo ligni dum tangitur mollissimus videtur
Si tangit durissimum lignum perforare prohibetur
Si dauid cum esset inter domesticos nullo ei inferior
Sed in iudicio et contra hostes in prelio nullo ei durior
Sic xpus in hoc mundo erat mitissimus et patientissimus
In iudicio autem contra hostes erit dissectissimus
Conversabatur ut mansuete et incessit inermis
Et sustinuit ut viliter tractaretur ut vermis
Et videtur querulose deplangere in psalmo
Ut de se dicit ego autem sum vermis et non homo
Videtur autem non tantum vermis sed vermiculo ligni
Quia in ligno crucis occiderunt eum maligni
Convenienter et tenerrimus appellatur
Quia caro eius tenerrima et nobilissima esse probatur
Et quanto caro sua erat mollior et tenerior
Tanto passio sua gravior erat et asperior
Et ideo clamat in crucis ad omnes transeuntes per viam
Ut attendant et viderint si numquam viderint similem penam
O bone ihesu da nobis ita tuam amaram penam videre :-



Ut tecum meamur in patria vivere et gaudere

In precedenti capitulo audiuimus quomodo Christus hostes suos prostrauit
Consequenter audiamus quomodo Judas in dolo eum salutauit
Judas traditor saluatoris dedit Judeis osculum signum
Quod iniquum nimis est et malignum
Osculum enim semper consueuit esse signum dilectionis
Hoc iniquus Judas permutauit in signum traditionis
Ista iniqua que est in Christo tam dolose fuit perpetrata
Olim fuit in Joab et in Amasa prefigurata
Joab Amasam salutans dolosa mente fratrem vocabat
Et Judas Christum salutans iniqua intentione magistrum appellabat
Joab dextra manu Amase quasi osculum tenebat
Et sinistra gladium educens ipsum perimebat
Sic Judas dextra videtur mentum Christi tenuisse
Quia legitur sibi Aue rabbi blande dixisse
Sinistra vero videtur gladium eduxisse et ipsum perforasse
Quia legitur Ecce insidias sub blandis verbis occultasse
O Juda que cura est ut saluatorem tuum tradidisse
Quod enim tibi mali fecit quod sit aduersus eum agere voluisti
Ipse enim tibi impendebat apostolicum honorem et dignitatem
Et quare exercuisti contra eum tantam malignitatem
Ipse te super lxxij discipulos elegit in apostolum
Et tu exhibuisti te sibi pro omnibus falsissimum
Ipse te communicauit intrinsecalissimos undecim apostolos
Et tu dereliquisti eum et accessisti ad suos inimicos
Ipse te assumpsit ad secreta sua cum aliis apostolis
Et tu misisti secreta conscientie contra eum cum hostibus suis
Ipse te sine sacculo et sine pera ad predicandum misit
Et quocumque veniebas ipso prouidente nichil tibi defuit
Tu autem nunc in memor heu talis et tante prouidentie
Venis eum tradere pro modica quantitate pecunie
Ipse tibi contulit auctoritatem ut infirmos curares
Et tu cogitasti ut eum infirmum faceres et ligares
Ipse tibi dedit potestatem super eiectionem demoniorum.

Et tu tradisti eum in potestatem inimicorum
Ipse te fecit suum bursiferum et procuratorem
Et fecisti te suum adversarium et traditorem
Ipse te constituit super suam et suorum pecuniam
Tibi et suis per modum elemosine collatam
Tu ad libitum tuum ea viti potuisti
Cur ergo dominum tuum pro modica pecunia vendidisti
Tu furabaris ex loculis domini tui quantum volebas
Cur ergo ipsum pro xxx denariis vendebas
Ipse te dignatus est suo sanctissimo corpore cibare
Et tu non est veritus corpus suum iudeis dare
Ipse te potavit sui sacratissimi sanguinis nectare
Et non timuisti sanguinem eius fundendum tradere
Ipse non verecundabatur tibi ministrare et pedes lavare
Et tu non verecundaberis eum fraudulenter salutare
Ipse tibi suum mellifluum os ad osculando non negavit
Et tamen cor tuum in sua malitia perseveravit
Cum autem dolose salutares ipse te vocavit amicum
Et tamen non est mutatum ab intepto cor tuum iniquum
Ipse traditionem tuam petro et aliis apostolis prodere noluit
Quia scivit quod te occidissent et hic precavere noluit
In nullo lege scriptum erat dentem pro dente oculum pro oculo
Numquam tamen licitum fuerat reddere malum pro bono
Sed tu iniquissime iuda malo pro bono reddidisti
Quia talem et tantum benefactorem tuum tradidisti
Similiter et complices tui iudei malum pro bono reddiderunt
Quia salvatorem suum in ligno suspenderunt
Te igitur iuda et nos o iudei olim saul prefigurabat
Qui genero suo david malum pro bono reddere non cessavit
David factus est gener saul ducens filiam suam in uxorem
Et tamen saul machinabatur eius interfectionem
Sic filius dei sumpsit ex nostro genere humanam naturam
Et nos congregastis ad interficiendum eum armaturam
David hostem saulis videlicet goliam superavit

Et saul sibi tanquam hosti suo in sidias mortis intempcauit
Sic deus pharaonem et omnes inimicos nostros sepius deficit
Et nunc insana mens nostra tanquam inimico contradicit
Dauid spiritum malignum a saule pluries fugauit
Et ad confodiendum eum ipse lanceam suam vibrauit
Sic saluator noster a multis ydolatris sepius nos reuocauit
Nunc autem vesania nostra in morte eius arma superauit
Dauid erat egrediens et progrediens ad imperium regis
Et ipse tamen rex semper aspirauit ad vocem eius
Sic xpistus perambulauit regionem nostram et veritatem docuit
Et nos queritis eum interficere qui nobis semper profuit et nunquam nocuit
Dauid dolorem saulis cytharizando mitigauit
Et tamen ille ipse dolorem et mortem in ferro affectauit
Sic et xpistus languidos nostros sanauit et mortuos suscitauit
Et congregatio nostra ad occidendum ipsum se armauit
Vos igitur estis similes cayn qui fratri suo sine causa inuidit
Qui nichil mali sibi fecerat et tamen ipsum occidit
Munera que ei obtulit abel grata sunt apud deum
Et hec erat causa si tamen tria dici potest quod occidit eum
Sic xpistus gratus erat verbis et acceptis erat apud deum
Et ideo dicitis si dimittimus eum sic omnes credent in eum
Et si omnes crederent in eum quid obesset
Nonne omnia sunt vera et salutaria que docet
Cayn eduxit foras fratrem suum verbis blandis
Et eductum interfecit verberibus nephandis
Sic et iudas verbis blandis xpistum salutauit
Et hostibus suis ad interficiendum dolose presentauit
Cayn interfecit vterinum suum fratrem
Iudas et iudei occiderunt xpistum fratrem suum et patrem
Pater omnium est qui nos omnes creauit
Frater noster est qui humanam naturam sibi adaptauit
O bone ihesu qui dignatus es fieri noster frater
Miserere nostri et protege nos O clementissime pater

Antecedenti capitulo audimus quod xpistus fuit traditus et osculatus

Consequenter audiamus quomodo fuit derisus conspuitus et velatus
Cum cohors xpm comprehenderet et ligaret
Contigit ut petrus cuidam servo auriculam amputavit
Statim ihc ibidem benignitatem suam demonstrabat
Et auriculam illius tangens statim sanabat
Dixerunt autem eum primo ad domum anne
Qui erat socer summi pontificis videlicet chayphe
Cumque annas xpm de sua doctrina interrogaret
Respondit quod ab hijs qui eum audierant interrogaret
Ipse enim in angulis docere non solebat
Sed in templo vel in synagoga ubi totus populus conveniebat
Statim unus servorum manum suam levabat
Et sibi alapam maximam in maxillam suam dabit
Iste creditur fuisse ille servus videlicet malchus
Cuius auriculam modicum antea sanaverat xpt
Xpt autem se non vindicabat nec repercutiebat
Sed cum omni mansuetudine humiliter sustinebat
O fratres si aliquis ex vobis talem alapam suscepisset
Et si posset quod xpt potuit quid fecisset
Forsan cum petro evaginato gladio repercusset
Vel cum iacobo et ihoe ignem de celo super eum misisset
Non sic faciendum est fratres sed attendite xpi doctrinam
Qui te percusserit in unam maxillam prebe ei et alteram
Duxerunt ergo iudei ihm ligatum de domo anne
Et perduxerunt eum multis contumelijs ad domum cayphe
Ibi congregati sunt seniores populi ut consilium inirent
Quomodo contra ihm causam mortis et occasionem invenirent
Omnia que autem adversus eum confingere poterunt
In sufficientia et omni modo mendosa fuerunt
Tandem adiuravit eum cayphas per deum ut si esset diceret
Si quippe xpt filius dei vivi esset
Cumque adiuratus se filium dei faceret
Responderunt omnes quod merito propter hoc morti adiudicaretur
Velaverunt ergo oculos eius quod velamen

Et maculaverunt faciem eius multo sputamine
Dederunt ei alapas dicentes quod prophetizaret
Et quis esset qui eum percutiret evararet
Omnem contumeliam quam sibi irrogare poterunt
Hoc illi iniquissimi iudei sine nostri fecerunt
Hec contumelia tante derisionis et tam prophane
Duravit in domo caiphe tota nocte usque mane
O quanta erat salvatori nostri mansuetudo et patientia
O quanta erat iudeorum sonitia et insipientia
Oculos qui cuncta perspiciunt velaverunt
Eum qui omnia scit percutientem se nescire putaverunt
Faciem illam delectabilem in quam angeli prospicere desid
Sputis suis immundissimis maculare non timebant
Manus illius ligare presumpserunt
Cuius manus in principio celum et terram plasmaverunt
Illum prophanare sub sanmatorie dicebant
In quem prophete olim virtute prophandi habebant
Illum satagebant per velamen oculorum excoccare
Qui olim dignatus est eos per columpnam nubis et ignis
Faciem illius non sunt veriti sputis suis operire illuminare
Qui olim operuit eos per columpnam nubis satis mire
i p^a figura Iudei isti qui faciem xpi sputis suis maculaverunt
Per ydolatras vituli conflatilis prefiguranti fuerunt
Cumque filii israel deos alienos sibi facere voluerunt
Aaron et hur maritus marie ipsis resistebant
Et tunc illi indignati in hur irruerunt
Et in eum exspuentes ipsum sputis suffocaverunt
Illi indignabantur hur quia eorum ydolatrie resistebat
Pharisei indignabantur xpo quia eorum traditiones
ii s^a figura Isti 2 iudei qui xpm subfamando deriserunt reprehendebant
Olim per cham filium noe prefiguranti fuerunt
Cham qui merito debuisset patrem suum honorasse
Legitur cum nequit derisisse et subsannasse
Sic iudei debuissent merito xpo reverentiam exhibuisse

Sed probantur proch dolor eum inhonorasse et derisisse
Et quam vis noe prohibetur inhoneste apprio suo deriso
Tamen multum inhonestior videtur fuisse xpi derisio
Noe derisus fuit in tabernaculo ubi nullus videbat
Xpt derisus fuit in domo pontificis ubi multitudo erat
Noe derisus est dormiens et nesciens
Xpt derisus est vigilans omnia videns et audiens
Noe derisus est solummodo ab uno filio
Xpt derisus est ab omnibus et a toto concilio
Noe habuit duos filios sibi compatientes
Xpt nullos habuit sibi in aliquo condolentes
Predicti et iudei qui xpm sic deluserunt iii figura iii
Olym philiscim hostibus sampsonis prefigurati fuerunt
Philiscim enim captivaverunt et extetaverunt sampsonem
Et illudentes ei habuerunt eum in derisorem
Sampson propter suam maximam fortitudinem
Gerit figuram xpi per quandam similitudinem
Sampson quadam vice voluntarie se ligari faciebat
Sic xpt sponte a iudeis ligari et deridi volebat
Quadam autem vice alia cum sampson placuit
Tunc se de inimicis horribiliter vindicavit
Ita in fine seculorum de inimicis xpi futurum erit
Cum ipse in potestate et maiestate ad iudicandum venit
Qualem vindictam tunc contra inimicos suos facturus erit
Nulla scriptura nulla lingua explicare potest
Tunc mallent inimici eius omnem penam sustinere
Quam faciem tam irati iudicis et vindicis videre
Tunc enim dicet eis Ite maledicti in ignem eternum
Amicis autem venite possidete premium sempiternum
O bone ihu da nobis tam placide tibi deservire
xix cap Ut hanc benedictam vocationem a te mereamur audire
In precedenti capitulo audimus quomodo xpus fuit illusus et velatus
Consequenter audiamus quomodo ad columpnam fuit ligatus
Cumque tota nocte habuissent ipsum in derisum

dign

Mane facto duxerunt ipsum ad pylati presidis iudicium
Cumque pilatus de accusacione ipsum quereret
Dixerunt quod malefactor et seductor populi esset
Et quod seduxisset omnem populum non solum in iudea
Sed et in patria sua hoc est in galilea
Audiens autem pylatus quod homo galileus erat
Misit eum ad herodem quia ad iudicium eius pertinebat
In illa die herodes et pylatus facti sunt amici
Quia antea fuerunt et ad invicem inimici
Herodes xpm non viderat sed multa de eo audiebat
Et ideo adventu ipsius multum gavisus erat
Magnum enim eum vel ingrimanticum estimabat
Et aliqua miraculosa signa ab eo videre affectabat
Cumque herodes eum de multis interrogaret
Ipse subtituit ita quod nullum responsum sibi daret
Quod videns herodes estimabat eum non esse sanum
Et illudens ei derisum aliam veste induit eum
Et remisit eum ad iudicium pylati presidis
Dicens se non invenisse in eo aliquam tamen mortis
Herodes nesciens quid pretenderet veste alba eum induebat
Quia spiritus sanctus occulte hoc agens in notenciam xpi ostendebat
Sicut enim per caypham insinuavit mortis expedienciam
Ita et per eundem demonstravit ipsius innocenciam
Pylatus igitur interrogavit iudeis si aliquam causam haberent
Propter quam ipsum ad mortem condempnare valerent
Sunt illi tres causas contra ihesum composuerunt
Et eas in medium prosentes coram omnibus dixerunt
Hic dixit se templum dei hoc manu factum dissipare
Et post tribuum aliud non manu factum reedificare
Dixit et quod tributum non esset dandum cesari romanorum
Et glorificatur se esse regem iudeorum
Primas duas causas frivolas esse reputavit
De tercia autem ipsum diligenter interrogavit
Cesar enim regnum iudeorum romano imperio subiecerat

Et gens iudea illo tpe nullu rege q̄ cesarem hebat
Pylatus aut a cesare sup iudeos ꝯstitutus erat
Qua ꝓpt q aliqs se regem iudeorꝫ dicet audire potuit
Ihs aut regnu suu de hoc mundo no esse narrauit
Quo audito pylatus de hac accusatione nichil curauit
Pilatus ut cogitauit quo furor iudeorꝫ posset mitigari
Et videbat sibi expediens q faceret eu flagellari
Ut sic saciati a morte eius cessarut
Nec et ipm de insufficienti iudicio accusarut
Milites ꝯ pylati ihm flagellabant
Et pecuniaꝫ phariseorꝫ corrupti eu plus verberabant
Hec flagellatio pfigurata fuit pathiore principem p̄ figura i
Que sui holofernis ligauerut ad arborem
Achyor ligatus fuit p holofernis satellites
Xpt ligatus fuit ad columpnaꝫ p pylati milites
Achyor ꝓpt veritatem qm dixerat fuit ligatus
Ihs ꝓpt veritatem que pdicauerat fuit flagellatus
Achyor ligabat qui voluit holoferni loqui placentia
Xpt ligatus est q reprehendit iudeos cu disciplicentia
Achyor ligatus est q gloriam dei magnificabat
Xpt flagellatus est quia nomen patris sui manifestabat
Notand aut q due gentes xpm flagellauerut p̄ figura ii
Et ille pduas vxores lameth pfigurate fuerut
Due vxores lameth lameth appellabant sella et ada
Due gentes fuerut gentilitas et synagoga
Sella et ada maritu suu verbis et verberibꝫ afflixerut
Gentilitas et synagoga saluatore suu flagellauerut
Gentilitas flagellauit eu flagellis et verbis
Synagoga verberauit ihm lignis et verbis
Hec aut flagellatio in xpo duobꝫ modis ꝓpetrata iii figura iii
Olim fuit in Job flagellatione pfigurata
Sctus Job fuit flagellatus duobꝫ modis
Quis sathan verberauit eu verberibus et vxor verbis
De flagello sathane sustinuit dolore in carne

De flagello ligne huit dolorem in corde
Non sufficit dyabolo quod flagellavit carnem exterius
Nisi et in vestigaret uxorem quod irritaret cor interius
Sic non sufficit iudeis quod xpc cedebatur flagellis
Nisi et ipsi affligunt eum acutissimis verbis
A planta usque ad verticem in beato sanitas non erat
Sic in carne xpi nichil in concussum remanebat
Et quantum xpi caro erat nobilior et tenerior
Tanto plus fuit dolor ipsius amarior et asperior
O homo recogita quantum sustinuit xpc pro te passionem
Et ne tradas iterato animam tuam in perditionem
Attendite si unquam talem penam audivisti vel vidisti
Qualis fuit passio domini nostri ihesu xpi
Aperte quam habuit ad te xpc dilectionem
Quia tantam pro tua salute sustinuit passionem
Considera simul quantum tu versa vite propter xpm sustinuisti
Quantum gratitudinis et quantum servitii sibi reddidisti
Omne bonum quod facis diebus vite tue
Non cor rendet minime sanguinis sui gutte
Noli ergo murmurare si contingit te modicum sustinere
Sed sanguinem ihesu xpi oculis mentalibus intuere
A maritudine tua cum sanguine xpi commisce
Et videntur tibi quecumque sustinuis esse dulce
Sustine in hac vita modicam flagellacionem
Ut in futuro effugias perpetuam dampnacionem
Postula a domino ut in hoc seculo ita corripiaris
Ut post mortem regnum dei sine pena ingredi mereris
O bone ihesu in hac vita perpetue nos flagella
Ut post mortem gustemus celica mella
In precedenti capitulo audimus quod xpc fuit flagellatus
Consequenter audiamus quo fuit spinis coronatus
Pylatus precepit militibus ut ihesum flagellarent
Sed iudei dederunt ipsis numera ut eum plus solito
Consuetudo legis erat ad maius xl verba dari verberarunt

Sed iudei procurauerunt super ihesum verba multiplicari
Et non sufficit eis ut ultra debitum ipsum flagellarunt
Si excogitauerunt nouam penam ut eum spinis coronarunt
Et ut ipsum subsannatorie tamquam regem adorarunt
Et insigna regalia s. sceptrum purpuram sibi dederunt
Consuetudo aliquando fuit maleficos verberari
Sed non erat ius legis hominem debere spinis coronari
Omnique iudei inuentores nouarum malitiarum
Quanta sustinebitis genera nouarum penarum
Qui enim excogitant nouorum malorum machinamenta
Hij recipient noua et inaudita tormenta
Mensura qua mensi fuerit remetietur eis
Et multum addetur quia pena nunquam finietur
Cum igitur ihesum flagellarunt non eum vestierunt
Sed clamide cottinea sine purpurea eum circumdederunt
Purpura consueuit esse vnum in signe regale
Et ideo pro derisione dederunt sibi pallium tale
Secundum regale insigne est aureum diadema
Loco cuius imponebatur xpo spinea corona
Tertium regale est insigne aureum sceptrum
Loco cuius dederunt in dextera eius arundinem
Honor regis requiuit ut flexis genibus veneretur
Et xpus flexis genibus tamquam rex salutabatur
Consuetum est offerri regi munera regalia
Per quibus dederunt ei alapas et sputamina
Percutiebant et caput eius harundine
Imprimentes eius acutissimos aculeos corone spinee
Omnipij iudei cur regem vestrum tam crudeliter tractastis
Et sua beneficia vobis exhibita non recogitastis
Ipse non non acutos scopulos sub pedibus vestris complanauit
Et crudelitas vestra caput eius acutis spinis perforauit
Ipse vobis pietatem exhibuit calceis vestris et pedibus
Et nos impietatem exhibuistis capiti eius
Ipse conseruauit vestas vestras xpi annis sine corruptione

Et nos spolifistis eum vestibus pro derisione
Ipse flagellavit nos propter pharaonem et egyptum
Et nos sine culpa flagellastis ipsum
Ipse per moysen confregit propter nos coronam regis egipti
Et nos coronam de spinis imposuistis ipsi
Ipse omnes reges terrarum coram vobis humiliavit
Et ingratitudo nostra ipsum tamquam regem derisorie adoravit
Ipse nos honoravit super omnium gentium nationes
Et nos inhonorastis eum per multiplices illusiones
Ipse mirabiliter vicit hostes vestros uno mille persequendo
Et per duos decem milia fugando
Et nos contra ipsum solum multa milia congregastis
Et duos populos contra unum hominem coadunastis
Quo persequebatur unus mille et duo fugarunt x milia
Nisi quia deus voluit id certo factum est ita
Et quomodo omnis congregatio vestra xpm cepisset
Nisi deus ipsum in peccatum nostrum tradidisset
Hec autem illusio que xpo in coronatione est illata
Olim fuit in apemen concubina regis prefigurata
Coronam apemen regale de capite eius accipit
Et capiti suo in presentia ipsius regis imposuit
Ita synagoga xpm corona sua i. honore debito spoliavit
Et ipsum corona spinea in suam contumeliam coronavit
Apemen regi alapas palmis dedit in maxillam
Quod rex libenter sustinens non indignabatur contra illam
Ita rex celi sustinuit a iudeis alapas et colaphos
Et tamen non ostendit indignationem aliquam contra eos
Rex ille concubinam apemen in tantum amavit
Quod omnia ab ipsa sibi pro ludo illata patienter portavit
Xpus synagogam multo plus amare comprobare
Aqua tam maina cum tanta patientia patiebatur
Talem patientiam xpi olim rex david prefigurabat
Qui ab iniquo semen tanta mala tam patienter collavit
Semen proiecit super dd lapides ligna et lutum

Sic synagoga iecit in xpm palmas spinas et sputum
Semei dauid virum sanguineum et virum belyal vocauit
Synagoga xpm seductorem et maleficum appellauit
Abysay voluisset semei occidisti sed dauid prohibuit
Angeli occidissent derisores xpi sed ipse non permisit
Xpt nouit in mundum pro peccatis nris morte pati
Ut nos reconciliaret per suum sanguinem deo patri
Non ideo venit in mundum ut aliquos interficeret
Sed ut pacem et concordiam inter deum et hominem conficeret
Ipse autem a iudeis non est pacifice tractatus
Qui tantis derisionibus ab eis est inhonoratus
Qua propter ipsum olim prefigurauerunt nuncii dauid
Quos amon rex amonitarum tam turpiter dehonestauit
Dauid misit nuntios regi amon ad pacem restaurandam
Quorum vestes ipse precidit usque ad natos et mediam barbam
Sic deus filium suum ad pacem faciendam in mundum destinauit
Quem synagoga nudis vestibus barbam ipsius sputis maculauit
Xpt ergo venit pacem inter deum et hominem restaurare
Gentiles in reformatione pacis effundunt sanguinem
Iudei autem consueuerunt effundere sanguinem
Xpt autem effudit tanquam aquam sanguinem
Ut eo firmus seruemus illam quam ipse fecit pacem
Gentiles effundunt sanguinem aliis iudei aut fluminis
Sic xpt effudit sanguinem et aquam propriis lateris
O bone ihu doce nos hanc pacem seruare
Ut tecum mereamur in eterna pace semper habitare

In precedenti capitulo audiuimus de xpi coronatione
Consequenter audiamus de ipsius crucis baiolatione
Cumque esset flagellatus illusus et coronatus
Eduxit eum pylatus ostendens populo qualiter esset tractatus
Hoc ideo fecit ut tali contumelia et afflictione
Essent contenti et cessarent ab eius interfectione
Illi autem tanquam rabidi canes in eum frenduerunt
Et crucifige crucifige eum omnes exclamauerunt

Cupiens autem pylatus eum de manibus eorum liberare
Dixit se velle ipsius unum captivum librum dare
Tunc illi petierunt sibi dari barrabam latronem
Ihesum autem postulaverunt tradi ad patibuli suspensionem
Opissimi iudei cur non petivistis ihesum liberum dimitti
Qui liberavit nos de captivitate babilonis et egypti
Videns autem pylatus quod non proficeret sed magis tumultus fieret
Lavit manus ut per hoc innocentem se a sanguine ihesu ostenderet
Hoc agebat per pylatum occulte spiritus sanctus
Innuens autem quod ihesus moriturus esset innocens et iustus
Uxor autem pylati dixit quod multa de ihesu per somnia vidisset
Et ipsum dimittendum eo quod homo iustus esset
Hoc fecerat dyabolus cupiens impedire christi passionem
Ut sic et impediret humanam generis redemptionem
Et quot pylatus tantum videtur pro christi liberatione instituisse
Putatur totum ex instinctu dyaboli sicut uxor sua fecisse
Dyabolus enim per eos nitebatur impedire nostram redemptionem
Sicut olim per adam et evam fecit nostram dampnatio
Dyabolus enim videns sanctos patres in limbo exultare
Conniciebat quod ihesus per suam passionem vellet eos liberare
Qua propter per presidem christi passionem impedire instabat
Et ipsum per tumulum suum id est per feminam magis instigabat
O quam deceptorius stimulus est dyaboli femina blanda
Per quam tamen blande stimulat viros ad mala perpetranda
Milites igitur pylati ihesum veste purpurea exuerunt
In vestibus suis quibus spoliatus fuerat reinduerunt
Imposuerunt autem humeris suis crucem portandam
Et hoc et fecerunt ad maiorem ipsius contumeliam
Lignum id est patibuli tunc temporis maledictum esse dicebant
Et ideo nec milites pylati nec iudei illud portare volebant
Crux ergo que tunc reputabatur maledicta et ignominiosa
Per passionem christi facta est benedicta et gloriosa
Et que tunc erat patibulum furum et supplicium latronum
Modo depingitur in frontibus principum regum et imperatorum

Et in quo tunc malefici ocij dyabolo suspendebantur
Per eam nunc demones premuntur et effugantur
Hec autem baiulacio crucis ihesu xpi iam narrata
Olim fuit in ysaac filio abrahe prefigurata
Ysaac enim lingua propriis humeris offerebat
In quibus eum pater suus in molare domino intendebat
Sic xpus humeris propriis crucis patibulum baiolabat
In quo gens iudeorum ipsum suspendere affectabat
Ysaac autem per adiutorium angeli a morte est liberatus
Et aries in dimissis pendens loco ipsius est immolatus
Per xpo nec aries nec aliqua creatura paciebatur
Sed ipse solus omnia sustinuit et pro nobis immolabatur
Ysaac eum audiens quod pater eum domino immolare volebat
Voluntarium se ad immolandum esse dicebat
Sic filius dei celestis usque ad mortem non impediuit
Et se ad omnia patris imperia voluntarium exhibuit
Nam pater et filius et spiritus sanctus misterium consilij habebant
Nam ex se unum pro salute generis humani mittere disponebant
Cumque pater diceret quem mittam et quis ibit nobis
Respondit filius ecce ego mitte me quia sum paratus
Vade inquit pater in mundum et ibi conversare cum hominibus
Et patienter sustine quicquid ad placitum tibi fuerit
Missus igitur filius dei unum conversa est in iudea
Et non percientes ei sed viriliter interfectus est ab eo
Istud insinuauit xpus in quadam parabola
Quam predicando iudeis tanquam figuram proposuit de vinea
Homo quidam vineam plantauit et eam circumsepsit
Et exstruens in ea turrim et torcular colonis commisit
Tempore fructuum misit seruos qui fructus exhigebant
Quos illi apprehendentes cedebant et interficiebant
Quod audiens dominus misit alios seruos plures prioribus
Quibus illi fecerunt sicut fecerunt primis
Ad ultimum misit eis unicum filium suum
Si forte verentur occidere illum

Nunc coloni apprehendentes de vinea eiecerunt
Et attocius eum quam servos occiderunt
Per vineam istam signatur iudea sive plebs iudaica
Per vii muros ierusalem et angelorum custodia
Per turrim aut signatur templum salomonis
Per torcular altare holocausti et oblacionis
Qui missi prophete domini fuerunt
Quos illi diversis modis afflixerunt et interfecerunt
Ysaiam serrabant Jeremiam lapidabant
Malachiam exterebrabant amos clavos perforabant
Tandem misit unicum filium suum ihesum xpm
Et atrocius quam aliquem alium interfecerunt istum
Patibulum suis humeris ipsius imposuerunt
Et eicientes eum de vinea i. de ierusalem occiderunt
Duo populi erant qui ihesum ad interficiendum eduxerunt
Videlicet iudei qui corde et gentiles qui opere hoc fecerunt
Isti olim per duos exploratores prefigurati erant
Qui botrum de terra promissionis ad desertum deferebant
Per botrum figurabatur filius dei ihesus xpus
Qui per quos duos populos de ierusalem ad locum calvarie est ductus
Per botrum illum probantur filii israel terre promisse bonitatem
Per doctrinam xpi possumus nos considerare celi suavitatem
Ob bone ihesu doce nos dulcedine vite eterne considerare
Ut tecum mereamur in ea in perpetuum habitare
In precedenti capitulo audivimus quomodo xpus crucem baiulavit
Consequenter audiamus quomodo pro suis crucifixoribus patrem exhoravit
Tota nocte et die illusionibus intentum fatigatus erat
Ad illam gravem crucem per se portare non valebat
Tunc augmentaverunt quendam videlicet symonem sirenensem
Ut adiuvaret ihesum baiulare suam crucem
Cumque missent ad montem calvarie ut viderunt eum fatigatum
Dederunt ei accetum felle mixtum et vinum mirratum
Hunc potum malicia iudeorum xpo commiscuerat
Hanc extensionem dicit dominus in psalmo et tangit de ea

Foderunt manus meas et pedes meos dinumerabo omnia ossa mea
Cum autem ihesus pateretur hanc crudelissimam acerbitatem
Ostendit eis suam clementissimam caritatem
Nam pro ipsis patrem suum celestem exoravit
Et nobis exemplum diligendi inimicos donavit
Quando enim inimicos diligimus et pro eis oramus
Filios dei et fratres xpi nos esse demonstramus
Xpus enim docuit ut inimicos nostros amemus
Ut filii patris sui qui in celis esse possimus
Non est magnum diligere benefactores et amicos
Sed maximum est amare persecutores et inimicos
Milites ergo xpm super terram cruci affixerunt
Et post hoc ipsum tamen crucem in altum levaverunt
Hec autem omnia que in xpo in crucifixione sunt prolata
Fuerunt in iubal fratre cubalchayn prefigurata
Iubal et cubalkayn filii lamech fuerunt
Qui inventores artis ferrarie et musice extiterunt
Quando enim cubalkayn cum maleis sonos faciebat
Iubal ex sonitu malleorum melodiam inveniebat
Ad talem ergo melodiam et malleorum fabricationem
Comparamus xpi orationem et crucifixorum maleationem
Quando enim crucifixores ihesum ad crucem fabricabant
Xpus dulcissimam melodiam pro ipsis patri decantabat
Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt
Ignorant enim quod filius tuus sum quem crucifigunt
Si enim iudei et gentiles filium dei novissent
Numquam regem glorie crucifixissent
Tante enim dulcedinis erat hec beatissima melodia
Quod eadem hora conversi sunt hominum tria milia
Congrue iudei per inventorem artis fabrice figurati fuerunt
Quod ipsi modum crucifigendi primo invenerunt
Non enim erat iuris quod homo cruci cum clavis annoctatur
Sed ut funibus suspenderetur donec moreretur

Bene et inventor melodie ihesum xpm prefigurabat
Quod ipse primus erat qui talem melodiam deo decantabat
Xps non solum pro crucifixoribus suis exoravit
Sed pro salute huius mundi patrem suum efflagitavit
Et quamvis multi olim pro peccatis hominum oraverunt
Tamen nec per orationes nec per sacrificia exauditi fuerunt
Xps autem oravit cum lacrimis et clamore valido
Et exauditus est pro sua reverentia illud quod petiit impetrando
Hanc igitur crucifixionem xpi ysaias prefigurabat
Quem gens iudaica inhumaniter mactavit
Iudei enim ipsum cum lignea serra per medium secabant
Et per hoc mortem xpi satis convenienter prefigurabant
Iudei enim xpm cum serra per medium diviserunt
Quia animam eius et corpus per crucem ab invicem separaverunt
Quamvis autem animam in carne ab invicem dividebant
Nunquam autem deitatem a neutra carne dividere valebant
Deitas enim a carne mortua non fuit separata
Nec ab anima similiter fuit aliquatenus segregata
Deus enim filium suum in morte derelinquere voluit
Sed eum pro nobis in morte tradere voluit
O quam in mensa dilectione nos pater celestis diligebat
Qui tam dilectum filium suum pro nobis in morte tradebat
O inestimabilis dilectio divine caritatis
Ut dilectum filium daret pro filiis iniquitatis
Quis unquam vidit similem vel quis audivit tale
Et quis sufficit hanc dilectionem ad plenum enarrare
Hec autem dilectio patris tam in mensa dei
Olim fuit in rege Joab figuram ostensa
Civitas huius regis fuit ab hostibus circumvallata
Et gens in hanitatis defecit fame et siti attenuata
Rex autem cives suos in tantum amabat
Quod proprium filium suum super murum pro eis immolabat
Per civitatem illam mirabilis iste prefigurat
Et per cives humanum genus designabatur

Civitas illa obsessa erat ab exercitu demoniorum
Ante adventum xpi plusquam quinque milibus annorum
Et omnes cives incautum delicati erant
Quod per se hanc obsidionem dissolvere non valebant
Tandem pater misericordiarum et deus cocius consolationis
Pie respexit angustias nostre obsidionis
Et incautum dilexit nos ut filium suum in morte daret
Ut sic ab obsidione dyabolica nos liberaret
Rex moab immolabat filium suum pro civibus et amicis
Sed deus dedit filium suum pro inimicis
Et quid est quod possimus ei pro tanta dilectione retribuere
Nisi hoc quod studemus ipsum ex corde vicissim diligere
Diligamus eum quia ipse prior nos dilexit
Et angustias nostre obsidionis tam pie respexit
O bone ihesu concede nobis ut in hoc seculo ita te diligamus
Ut tecum in futuro seculo perpetue maneamus
In precedenti capitulo audivimus quomodo xpus in cruce oravit
Consequenter audiamus quibus figuris morem suam premonstravit
Rex nabuchodonosor per somnium arborem magnam videbat
Que in celum se extendens ramos per mundum extendebat
Hic arbor ipsum regem nabuchodonosor designabat
Sed iustitie xpm regem in mundo futurum figurabat
Cuius potestas super omnes celos mundi exaltatur
Et per totum orbem super omnes potentes mundi dilatatur
Omnes bestie subter eam et volucres in ea morabantur
Et omnes de fructibus ipsius nescebantur et miserebantur
Per hoc satis convenienter innuebatur
Quod omnis creatura per gratiam xpi sustentabatur
Et ecce angelus adveniens iussit arborem succidi
Per quod figurabatur quod xpus debebat crucifigi
Dixit quod omnes eius esset amputandi
In mente quod omnes discipuli eius essent a xpo separandi
Addidit et omnia folia arboris esse excutienda
In mente omnia xpi documenta iudeis contempnenda :-

Addidit insup q omes fructus arboris debet dispergi
Innuens q omnia opa xpi a iudeis debent vilipendi
Et dixit q omes bestie et volucres ab ea debent fugere
Quia nec homines nec angeli xpo auxilium prebebant
Addidit q licet arbor illa esset succidenda
Tamen radix eius reginanda esset in terra dimittenda
Per quod innuebat quod licet xpus moriturus
Tamen non esset in morte permansurus sed resurrecturus
Addiecit q quod nabuchodonosor q arbor ad lictam pretendebat
Vinculo ferreo et eneo ligari debebat
Per hoc innuebat q xpus ad columpnam esset ligandus
Et clavis ferreo patibulo crucis affigendus
Addidit q q idem rex debet rore celi madidari
Innuens ad lictam eum mundum extra homines debere morari
Per hoc figurabat q xpus extra urbem debet crucifigi
Et rore celi tingi i. pro corpore perfundi
Adiecit q q idem rex tanquam bestia esset cibandus
Innuens q xpus felle et aceto esset potandus
Addidit q q cor eius debet ab homine commutari
Et cor bestie pro corde hominis debet sibi dari
Per hoc innuebat q iudei ihesum non tanquam hominem tractaverunt
Sed tanquam feram vel vermem conspuerunt et crucifixerunt
Vel q ipsi non tanquam homines se xpo exhiberent
Sed tanquam bestie contra ipsum dentibus striderent
Adiecitque q per ipsum regem iiii tempora essent mutanda
Quia passio xpi per iiii horas essent prolongenda
Addiditque q hoc esset decretum in sua vigilia i. angelorum
Et hic et servio et petitio sanctorum
Per hoc innuebat q mors xpi cum angelis quam sanctis
Quia per ipsam angelorum restauratio et sanctorum liberatio fieri debebat
Addiecitque per eundem regem deveniret ad noticiam omnium
Quod deus excelsus regnat super omnia regna hominum
In quo innuebat q predicatio xpi et suorum
Ostenderet se in mundo dum verum omnium sanctorum

Addidit quoque quod deus posset dare regnum hominum cui vellet
et super illud hominem humilium constituet
Per hoc innuebatur quod deus esset humilimus hominum
et ideo deus constituet regem eum omni
Sic igitur patet quomodo per arborem istam prefigurabatur xpus
Qui ex preordinatione patris est pro nobis crucifixus
et quamvis passio xpi fuit a patre celesti preordinata
Tamen non invite sed voluntarie est ab ipso acceptata
Istud cosdras rex grecorum olim prefiguram premonstravit
Qui pro civibus suis liberandis sponte mortem acceptavit
Civitas enim athemensis obsessa erat
et per nullius subiectionem liberari poterat
Tunc predictus rex consuluit deum suum apollonem
Si per aliquem modum posset liberare civitatem
et quamvis paganus esset et non cognosceret deum
Tu nutu dei precepit per apollonem responsum verum
Dictum est ei quod civitas nullo modo posset liberari
Nisi oporteret ipsum ab hostibus occidi et mactari
Qui intimum dilexit suos qui erant in urbe
Quod exivit de urbe volens subire propter eos mortem
Hostes autem hoc scientes nolebant ei in aliquo nocte
Cupientes potius civitatem quam ipsius mortem habere
Quo audito et experto rex ad civitatem rediit
et vestes regias exuens et serviles induens iterum exivit
Statim hostes in eum irruentes interfecerunt
Quia ipsum regem esse in servili habitu non cognoverunt
Cum autem viderent regem mortuum de captione urbis desperaverunt
et ab pugnatione cessantes ad propria redierunt
Sic xpus nos dilexit ut se in morte sponte daret
Ut nos ad eternam obsidione liberaret
Induit autem se carne humana quasi veste servili
Quia in veste regali id est in divinitate non posset occidi
Sic ipsum et regem glorie esse cognovissent
Nunquam eum sic delusissent nec occidissent

quinta

Et non solum xpt obsidione nre captiuitatis dissipauit iii figura
Sed et morte sua mortem nostram destruxit et necauit
Hoc fuit olim per eliazar machabeum prefiguratum
Qui se morti exposuit ut perimeret elephantem loricatum
Qui enim exercitus gentilium contra filios israel bellauit
Eliazar occurrens elephantem corpus lancea perforauit
Qui sanctiatus vulnere mortifero tecidit
Et super occisorum suum cadens ipsum oppressit
Fortis impegit in fortem et ambo corruerunt
Sic eliazar in elephantem et ambo mortui fuerunt
Ita xpt fortis mortem inuasit fortem
Et per suam mortem nram mortificauit mortem
O bone ihu qui tuam mortem dignatus es nos liberare
Fac nos pt hanc mortem vitam tecum sp habitare
In precedenti capitulo audiuimus quomodo xpt fuit occisus
Consequenter audiamus quomodo et post mortem fuit derisus
Non enim sufficit iudeis quod eum interfecerunt
Sed et post mortem diuersimode derisuerunt
Istud enim michol filia saulis prefiguauit
Que regem dauid virum suum derisit et subsanauit
Dauid ab laudem dei cycharizando subsiliebat
Que michol per fenestram prospiciens deridebat
Nec sufficit enim quod infra cycharizando eum deriserat
Nisi et deriderit ipsum cum post causam dimisit
Tanquam mynus gloriosum ipsum appellauit
Et nudatis scuris eum contumeliose comparauit
Sic synagoga xpm plusquam scurum dehonestauit
Qui barrabam soluens xpm inter latrones condempnauit
Dauid cycharizando prefiguauit xpm p figura
Quia sicut cordas in cychara sic in cruce extendunt ipsum
O quam dulcem melodiam hec cychara decantauit
Qui cum lacrimis et clamore ualido pro nobis orauit
Qui latroni sero penitenti paradisum promisit
Quando matrem discipulo et discipulum matri commisit

Auando dixit se pro nra salute sitire
Et consumatum esse quod quod pro nobis debuit subire
Qui heli heli lamazabatani exclamabat
Et spm suum pri suo commendabat
Infra hanc cycharizatione synagoga ipm subsannauit
Et postquam emisit spm subsanare non cessauit
Istud et fuit olym in absolon postensum 5a figura
Que legimus pulcherrimum fuisse et marbore suspensum
Que videns quidam concurrit ad ioab et sibi hoc dixit
Qui ueniens tres lanceas in corde ipius fixit
In hoc non sunt contenti armigeri ioab qui affuerunt
Sed et gladijs ipm crudelissime in uasuerunt
Per absolon significatur sponsus per filijs hominum xpt
Qui in cruce tribus lanceis i. tribus doloribus est affixus
Primum habuit ex propriis penis magnitudinem
Secundum ex dulce matris sue amaritudine
Tertium dolore propter peccatores dampnatos sustinuit
Quibus suam amaram morte non prodesse prescivit
Et quam uis xpt crucifixus doloribus fuit cantis
Tamen super hoc iudei in uasuerunt eum linguarum suarum gladijs
Hoc modo omnes peccatores in uadunt xpm uoluntarij
Qui sponte peccando iterato crucifigunt ipm
Isti olym prefigurati fuerunt per emlineraclach regem 3a figura
Qui desenit in suum et sepultum patrem
Corpus patris in sepulchro effosum in tot partes diuisit
Et trecentis vulteribus ad deuorandum distribuit
Ita mali xpiani in patrem suum xpm pro eis mortuum deseniunt
Qui voluntarie peccando ipm iterato crucifigunt
Plus peccant qui offendunt xpm regnante in diuinitate
Quam qui crucifixerunt eum conuersante in humanitate
Xpm semel crucifixum conatur in uadere et rursus vulnerare
Qui sine timore peccat uel qui presumit de peccato se iactare
Crucem xpi ad crucifigendum eum prohibetur carpentare
Qui ad perpetrandum malum conatur consilia et auxilia prestare

Dorso xpi crucem baiulandam imponere prohibet
Qui peccatum suum divine ordinacioni attribuere videt
In faciem xpi prohibet despective conspuere
Qui non agit grates deo de quibus sibi dato munere
Tergo xpi prohibet colaphis verberare
Qui proximum post tergum suum nititur infamare
Faciem autem xpi prohibet alapis contundere
Qui proximum in presencia sua presumit
Caput xpi prohibet vulnerare spinis
Qui ecclesias nititur invadere et iuriis et rapinis
Oculos domini omnia conspicientes conantur velare
Qui malum pro malo nituntur vendere dare permutare
Vestimenta xpi prohibentur sibi dividere
Qui res proximorum suorum presumunt distribuere
Dominum xpi cum iuda doloso corde osculatur
Qui proximo suo fraudulenter adulatur
Dominum cum iuda dolose prohibentur salutare
Qui proximo suo promittit quod non intendit servare
Dominum cum iudeis videtur deridere et subsannare
Qui pro laude humana nititur orare vel elemosinas dare
Oculos xpi cum iuda fure portare comprobatur
Qui de rebus sibi commissis aliquid subtrahit et furatur
Pedes xpi prohibentur clavis ferreis perforare
Qui magis cheatur et tabernas quam templa solent visitare
Crucem xpi cum symone syreneo portare comprobatur
Qui non voluntarie sed quasi coactus bonum operatur
Clavos xpi crucis prohibetur fabricare
Qui inter proximos nititur discordiam seminare
Dominum prohibentur subsannare cum sinistro latrone
Qui ficte confitentur et qui mentiuntur in confessione
Cum iuda comprobantur semetipsos suspendere
Qui nolunt veniam petere et satisfactionem tenere
Manus xpi videtur cum funibus colligare
Qui non credit deo quod possit sibi necessaria sua dare

Dum dni videt clavis cfigere et vulnerare
Qui de bonis adeo sibi datis non volt eloias erogare
Dum tu iuda pro tali pecunia cprobat vendere
Qui bona sua pro vana gloria studet expendere
Dum miratu cprobat dno ad bibendum exhibere
Qui heres sub pallio veritate studet docere
Accetu felle mixtu prohibent dno cpprimere
Qui de male acquisitis presumunt sacrificare
Dno tu iuda oscula traditionis tradere prohibent
Qui cu mortalibz accedere ad corpus dni non verent
O bone ihu da nobis tuo sacramento sanctissimo ita tibi
Ut a te nunquam in perpetuum mereamur separari
In precedenti capitulo audivimus salvatoris nri passionem
Consequenter audiamus dulcissime eius matris dolorem
Qui salvator nr passionem collaravit
Affuit maria et secu omnia per cpassionem portavit
Tunc impletu est quod predixerat ei symeon iustus
Tuam ipius animam pertransibit gladius
Dolorem quem maria ex cpassione filii sui collaravit p figura
Iacob deploratione filii sui ioseph prefiguravit
Iacob filiu suu ioseph sup omnes diligebat
Et ideo in vidia fratrum suorum ipm interficere querebat
Fera aut iacob filio suo ioseph tunicam polimitam
Variis colloribz et figuris artificialiter politam
Quem cu misisset pater ad fratres ubi gregem pascebant
Illi apprehendentes eum interficere volebant
Sed mitu dni ipm ysmahelitis vendiderunt
Et tunicam eius lacerantes sanguinem edi aspserunt
Et mittentes qui portarent et ostenderent eum patri
Ut videret si esset tunica ioseph filii sui
Quam videns pater scidit vestimenta sua et cepit flere
Dicens filiu suu devoratu dentibz pessime vere
Qui audientes filii eius ad ipm conveniebant

Et ipsum in luctu suo consolari satagebant
Ipse autem ad consolacionem eorum minime attendit
Et nullam volens recipere consolacionem sic rndit
Descendam lugens ad filium meum in infernum
Quia noluit consolari in hac vita in eternum
Ita maria filium suum lugens in infernum descendisset
Et secum semper mansisset si possibile fuisset
Quantum putatis fratres karissimi maria planxit et luxit
Cum filii sui tunicam i. carnem lacerantem conspexit
Tunica ioseph fuit sanguine edi cruentata
Sed tunica xpi fuit proprio corpore madidata
Et vere xpm devoravit fera pessima
Hoc est iudeorum in iudia iniquissima
Iacob ex dolore scidit vestes suas scilicet exteriores
Maria autem scidit vestimenta sua scilicet vires interiores
Omnes filii iacob ad ipsum congregati fuerunt
Et tamen dolorem eius diluere non poterunt
Et si totus mundus ad mariam congregatus fuisset
Tamen sine filio numquam aliquam consolacionem suscepisset
Iacob xii filios habens de amissione unius ita doluit
Quanto magis maria dolore que unum filium habens eundem amisit
Iste et dolor marie in mensus fuit prefigurantus
Cum abel ab iniquo caym fuit occisus et mactatus
De ipsius interfectione adam et eva in tantum doluerunt
Quod eius necem centum annis deplanxerunt
Et quamvis dolor eorum videtur magnus fuisse
Tamen dolor marie comprobatur maior extitisse
Quanto enim res que diligitur est carior
Tantus dolor de amissione ipsius erit gravior
Numquam erat amor maior quam inter mariam et eius natum
Quod nullum dolorem meminimus dolori marie equiparatum
Dolor ade et eve legitur multum durasse
Quia leguntur centum annis in luctu perseverasse
Maria numquam medio tempore a luctu et moerore cessasset

Cum igitur ioseph corpus eius de cruce deponeret
Affuit maria ut ipsum inter brachia sua accolleret
Sicut fasciculus marie inter verba eius commemorabatur
Sicut in cantico canticorum de ipsa cantatur
Quam amarus mirre fasciculus sive in corde marie
Tolleratio penarum quas sustinuit christus tota nocte et die
Quanto vinum delicius et nobilius esse comprobatur
Tanto fit acrius et amarius quando transmutatur
Sic quando amor marie ad filium erat dulcior
Tanto dolor eius in passione christi factus est amarior
Qua propter maria fuit olim per neomy prefigurata iii figura iii
Qui propter mortem filiorum suorum multum fuit amaricata
Unde dixit nolite me vocare neomy quod ~~designata~~ est pulchra
Sed vocate me mara quod est amara
Valde enim comprimit me amaritudinem replevit
Hoc dixit quando orbationem duorum filiorum deflevit
Convenienter quod maria per neomy est designata
Quia non erat solum uno sed duobus filiis orbata
Unum filium habuit per carnalem progenituram
Alium autem marie mater adoptaverat sibi perturam
Verus et carnalis filius marie erat ihesus
Adoptivum autem humanum universum genus
Carnalis filius mortis erat morte corporali
Adoptivus vero mortuus erat morte spirituali
In passione enim domini totus genus humanum fidem relinquerat
Et ideo omnis homo mortuus in anima erat
Pro utroque magnam amaritudinem sustinebat
Quia utrumque ex officio cordis diligebat
Et quamvis filium suum plusquam se ipsam amaret
Tamen sibi placuit ut per mortem suam nos liberaret
Maluit enim dulcissima mater nostra illum truncari
Quam nos morte perpetua eternalis condempnari
Ex hoc possumus perpendere quantum maria nos amabat
Que dilectum filium suum pro nostra salute mori affectabat



Quando n. una res pro alia datur vel commutatur
Res que accipitur plus amari videtur quam illa que datur
Ambo igitur tam pater quam mater nos multum amaverunt
Qui unigenitum filium suum pro nobis in mortem dabat
Et ut eos toto corde re amemus bene meruerunt
O bone Ihesu da nobis hac dulcedine ita recogitare
Ut tecum mereamur in celis eternaliter habitare

In precedente capitulo audivimus quomodo Christus de cruce depositus
Consequenter audiamus quomodo fuit sepultus
Joseph et Nychodemus corpus in syndone revolverunt
Et condientes aromatibus in monumentum posuerunt
Maria affuit cum miserabili planctu et lamentatione
Cum luctu et multarum lacrimarum effusione
Nulla lingua sufficit eius dolorem enarrare
Nec aliqua mens sufficit eius tristitiam cogitare
Intantum tota nocte et die planctu fatigata erat
Qui vix exequias filii ad sepulcrum sequi poterat
Tot oculis et amplexibus filii corpus constringebat
Qui omnes populos sibi compatiens querulando dicebat
O qualem crudelitatem in piissimi hominis exercuere
Hac tam pulcherrima et delectabili muliere
Intantum planxit luxit ingemuit et plorauit
Qui alios ad compaciendum et plorandum provocavit
Qui uni tam turbatissime matri non compateretur
Quis ad tantarum lacrimarum effusionis non emolliretur
Nunc manus filii nec pedes eius deosculabatur
Nunc collum eius nunc latus stringendo amplexabatur
Nunc pectus proprium pugnis percutiebatur et tundebat
Nunc manus cum effusione lacrimarum constringebat
Nunc intuebatur vulnera filii sui nunc oculos
Nunc oculis corruit super pectus eius nunc super os
Nimis bestiale cor habere videtur
Qui tantis lacrimis et lamentationibus non compateretur
Bestialis portus porto clamanti commovetur

Et quis tam turbatissime mari non miseretur
Ihs compassus est et flevit cum maria magdalena
Et quis non fleret cum virgine tam amena
Delphin dicitur mortuis compati et eos sepelire
Et quo pt homo planctu marie sine dolore audire
Dolorem quam maria in sepultura fili sui tollerauit p figura
Olim dauid in exequijs abner prefigurauit
Abner a ioab fraudulenter interfectus erat
Cuius interfectionem dauid sequens feretrum deflebat
Et non solum ipse super exequias eius deplorabat
Sed et alios ad plorandum incitabat
Scindite inquit vestimenta et plangite
Unde ignoratis quam princeps maximus cecidit hodie
Non est occisus sicut ignaui et malefici qui meruerunt
Sed sicut iusti coram filij iniquitatis cadere consueuerunt
Ita beata virgo in die pascaue dicere potuit
Nam filius eius abn quis iudis occisus fuit
Scindite vestimenta vestra scilicet interiora et plangite
Non ignoratis quod princeps maior in israel occisus est hodie
Quam maximus princeps in israel occisus erat
Cui omnis creatura compassionem exhibebat
Sol subtraxit radios suos ne estu ipsius vieretur
Aer obscuratus ut nuditas eius non videretur
Terra tinuit ut crucifixores terrerentur
Templum et velum scissum est ut pharisei compaterentur
Petri scindebat et sonum magnum dabant
Monumenta aperta sunt ut mortui resurgerent
Et potentia huius principis tinendo innotescerent
Multi ex hominum surgentes apparuerunt
Qui potentiam huius principis manifestauerunt
Dyaus in sinistro brachio crucis sedens mirabatur
Quos ille esset quem omnis creatura reuerebatur
Phyri attenuisi videntes solem obscurari
Dixerunt deum nature in angustijs esse et pati



paul

Diffitaverunt quod altare ignoto deo
Qui manifestandus erat futuro seculo
Huius igitur principis exequias deplangimus
Et corda nostra intima passione scindamus
Sepulturam xpi et filii iacob prefigurant
Qui fratrem suum ioseph in cisternam miserunt
Filii iacob fratrem suum sine causa usque ad mortem odiunt
Helyseus misericordia motus super paupercula viduam
Impetravit ei ad dno maximam olei habundantiam
Vidua enim illa nisi modicum olei habebat
Et hic intus augebatur quod omnia vasa quod habuit implebat
Per viduam istam designantur sancta ecclesia
Quod ablata suo sponso xpo videbatur tanquam vidua
Sed dns misericordia motus dedit ei olei habundantiam
Hoc est spiritus sancti gratiam et linguarum intelligentiam
Obone ihu dignare nobis hoc oleum elargiri
Ut in extremo mereamur in tua gratia inveniri
Festum pentecostum quod non agitur ab ecclesia :

Iam panem celi ipsa mundo generavit
Ad quem xpm qui in nos suo sacramento cibavit
Archa de lingno techy inputribili erat facta
Figurans quod maria inputredine non est redacta
Licet scriptura non dicat tamen secure credi potest
Quod maria cum corpore et anima in celum assumpta est
Non est credendum quod maria mortua non fuerat
Sed mortua est verum tamen caro eius non computruit
Nam coniuncta est corpori mortuo iterato
Et ita sumpta est in celum cum corpore glorificato
Rex david qui coram domino archa sub silentio cycharizavit
Rex celi et terre scilicet xpm prefiguravit
Credendum est quod xpc matri sue personaliter occurrebat
Et cum magno iubilo in domum suam introducebat
Divinis oculis matrem dilectissimam est osculatus
Et mellifluis amplexibus ineffabiliter est amplexatus
Quod iudentes angeli admirantes stupebant
Et pre admiratione querentes in vicem quere dicebant
Que est ista ascendit deserto deliciis affluens de
Innixa super dilectum suum et tamquam sponsa blandiens
Ad hoc respondit maria sponsa dei vera
In veni inquit quem quesivi et diligit anima mea
Teneo eum et nunquam dimittam eum
Tamquam sponsum tamquam filium tamquam patrem meum
Osculetur me osculo oris sui
Ut perpetuo eius dulcedine debeam frui
Leva eius sub capite meo ut possim semper vivere et lectari cum eo
Et dextera illius amplexabitur me
Quia secura sum quod me nunquam repellet a se
Notandum et quod assumpcio marie iam prefata
Et fuit olim in pathmos in insula de monstrata
Signum enim magnum in celo apparebat
Nam mulierem quandam admirabilem in celo videbatur
Mulier illa sole circumdata erat
Quia maria circumdata divinitate in celum ascendebat :-

Luna subpedibus eius videatur
Per quod perpetua stabilitas marie designatur
Luna instabilis est et non diu persistit plena
Et designat mundum istum et omnia terrena
Hec instabilia contempnens maria omnia subpedibus conculcavit
Et ad celum ubi omnia stabilia sunt anhelavit
Coronam et mulier in capite suo habebat
Que in se stellas xij continebat
Corona consuevit esse honoris signum
Et significat honorem gloriose virgini condignum
Per xij stellas apostoli omnes intelliguntur
Qui in decessu marie omnes affuisse creduntur
Mulieri sunt date due ale advolandum
Quia corpus et omnia marie in celum est assumptum
Et notandum quod festivitas huius assumptionis
Etiam figurata fuit in matre regis salomonis
Salomon enim rex in throno glorie sue residebat
Et matris sue thronum ad dexteram suam poni faciebat
Inquam ipsam iuxta se honorifice collocavit
Fas non est ut tibi aliquam denegem ait
Sit et xpistus matrem suam ad dexteris suis locavit
Et quicumque ab eo petierit sibi non negabit
O maria exora pro nobis tuum dilectissimum filium
Ut nos assumat ad se post hec calamitatis exilium
O bone ihesu exaudi matrem tuam orantem pro nobis
Et pro ut nos in terrenum commaneamus vobis
In precedenti capitulo audivimus quomodo beata virgo assumpta fuit
Consequenter audiamus quomodo ipsa mediatrix nostra exstitit
Quomodo iram dei contra mundum placare non cessat
Et peccatorem suis piis interventionibus deo reconciliat
Mundus enim totus iste positus est in maligno
Creatorem suum non venerans honore condigno
Ubi quoque enim iam veritas et caritas applicantur
Superbia avaritia et luxuria dominantur

In yessur autem i. in terra gutilium est commoratus
Quousque per mulierem chetuiche est patri reconciliatus
Sit peccator post peccati mortalis perpetrationem
Nullam habet in terra eterne promissionis habitationis
Quousque reconciliet deo per mulierem chetuitem
I. per mariam mediatricem piam et mitem
Hec mediatrix beatissima iam prefata iij figura
Et fuit per mulierem prudentem in abela prefigurata
Saba filius solri erexit contra dominum suum david
Et contradicentes ei urbem abelam intrauit
Qua propter ioab princeps militie david urbem obsedit
Et propter sybam ipsam urbem euertere satagit
Fuitque in ea mulier sapiens que per suam sapiam
Furorem predicti principis conuertit in clementiam
De cuius consilio ciues caput sybe amputauerunt
Et extra ciuitatem proicientes liberauerunt
Syba contra regem se erigens superbiam designat
Qui in abelam urbem i. in aiam peccatoris intrat
Et princeps militie celestis contra eam dedignatur
Donec per mulierem sapientem i. per mariam reconciliatur
De cuius consilio debet homo caput sybe i. superbie amputare
Ut sic possit principis superni i. xpi gratiam recuperare
O bone ihesu dote nos omnia vitia taliter vitare
Ut tecum in perhenni gloria mereamur habitare

In precedenti capitulo audiuimus quomodo maria est mediatrix
Consequenter audiamus quomodo est nostra defensatrix
Defendit enim nos a dei vindicta et a beati indignatione
A diuina infestatione et a mundi temptatione
Per mariam enim protecti sumus a dei indignatione
Que figuratum est in charbis filia regis saba et moyse
Moyses enim cum exercitu egyptiorum urbem saba obsedit
Nec erat aliquis qui hanc obsidionem dissoluere sufficit
Charbis autem filia regis in eadem urbem habitauit
Qui urbem ab obsidione hoc modo liberauit :-

Moyses erat amabilis valde et pulcher aspectu
Quem filia regis de muro contemplabatur cibro respectu
Et in tantum pulchritudo moysi complacebat
Quod eum sponsum habere desiderant satagebat
Tandem patri suo desiderium suum aperuit
Et se moysen principem exercitus diligere assuit
Placuit hic regi et complevit filie voluptatem
Dans moysi filiam et cum eam ipsam civitatem
Et sic cum adiutorio charbis et eius consilio
Liberati sunt inclusi et dissoluta est obsidio
Per pulchrum moysen et amabilem deus designatur
Quod psalista speciosa forma pre filiis hominum predicatur
Iste provocatus fuit ad iracundiam contra mundum
Propter transgressionem ade et eve primorum parentum
Qua propter cum exercitu egiptiorum id est demonum mundus bellavit
Et hoc obsidio plusquam v milibus annorum duravit
Et nullus inventus in mundo qui ad hoc sufficeret
Ut iram dei placaret et obsidionem dissolveret
Tandem ad amavit eum filia regis id est maria
Et mitigavit iram eius sua intervencione pia
Maria et defendit nos contra demonum temptaciones
Universas quoque dyabolicas impugnaciones
Hic defensacio benedicta est nobis valde necessaria
Quia prelia dyaboli multa sunt et varia
Quosdam enim impugnat per tumorem superbie
Sicut patet in iezabel balthazar et holofernes
Quosdam temptat per odium et livorem in vidie
Sicut patet in kaym et saul et filiis iacob patriarche
Quosdam temptat de vindicta sicut patet in samey
In absolone in iacob in iohanne filiis zebedey
Quosdam temptat per incredulitatem et diffidenciam
Sicut patet in achab et achaz moyse et ieroboam
Quosdam temptat per irreverenciam rebellionem et inobedienciam
Sicut patet in sathan et abyron choree et cham

Nosdam ad dandum prava consilia instigat
Sicut patz achytophel balaam et yodonap
Nosdam temptat de infidelitate et perfidia
Sicut patz in kaym et ioab in triphone et iuda
Nosdam temptat de humani sanguinis effusione
Sicut patz in cyro manasse anthiocho et herode
Nosdam temptat de proprie vite interiectione
Sicut patz in achytophel abymalech et saule
Hijs et alijs multis vicijs dyabolus nos impugnat
Sed defensatrix nostra maria nos protegit et propugnat
Qua propter ipsam laudabilis illa mulier prefigurat
Que turri chebes ab impugnatione abymalech defensavit
Populus timens abymelech super turrim se recepit
Abymelech autem eos cum turri succendere volebat
Mulier autem fragmine mole de sursum iactabat
Et caput abymelech tanguis ipsum excerebrabat
Abymelech dolens a muliere se confusum
Et desperans de vita dixit ad armigerum suum
Evagina gladium tuum et interfice me
Ne nunc videar interfectus a muliere
Abymelech iste superbus dyabolus designat
Qui constitutos in turri i. in ecclesia continue apugnat
Sed defensatrix nostra beata virgo maria
Protegit nos ab insidijs dyabolus protectione pia
Et non solum defendit ab insidijs dyabolus
Sed et protegit nos a temptatione huius mundi
Et hec protectio est nobis valde necessaria
Quia temptamenta mundi sunt multa et varia
Maxime autem temptat mundus per appetitum dominandi
Per superbiam et desiderium divitias congregandi
Et hoc patz in nemroch alexandro nabuchdonozor
Anathalia absolone adonibesech et codor et laomor
Nosdam temptat per unam gloriam et laudem humanam
Sicut patz per amam et ezechiam et herodem agrippam

vij

Quosdam temptat per auaritiam furtum et spolium
Sicut patet per yezi achor et eliodorum
Quidam temptantur in mundo per luxuriam et fornicationem
Sicut patet per zamri et amon dauid et salomonem
Quidam temptantur per stultiloquium et doctrina blasphemiam
Sicut patet per nabal et sennacherip et roboam
Quidam per detractiones et cumelias et detractiones
Sicut patet per mariam moysi per chobie et iob uxorem
Omnes temptationes mundi vincere et euadere poterimus
Si per matricem nostram toto corde dilexerimus
Istud olym prefigurantum fuit in dauit
Ad filiam regis saul michol toto corde adamauit
Qua propter ipsa eum ab insidijs aspicitorum eripuit
Et per fenestram dimissum liberum abire permisit
Sicut fecit maria suis amatoribus
Sic currens eis in omnibus suis temptationibus
Amemus igitur et honoremus dei genitricem mariam
Mediatricem et piam propugnatricem nostram
Ut ipsa nos defendat a malis in hoc seculo
Et interpellat pro nobis suum filium in celo
O bone ihesu exaudi mariam pro nobis orantem
Et adiuua eam puram salute pugnantem
In precedenti capitulo audiuimus quomodo maria est nostra mediatrix
Consequenter audiamus quomodo in omnibus angustijs est nostra defensatrix
Et audiamus quomodo xpistus pro nobis patri suo ostendit vulnera
Et maria ostendit filio pectus et vbera
Sicut n. xpistus descendit propter nos de celo ad infernum
Ita reascendit in celum ut oraret pro nobis usque in sempiternum
Et ideo si peccauerimus desperare non debemus
Quia fidelem aduocatum apud deum habemus
Qui autem xpistus vulnerum cicatrices patri monstrare volebat
Hoc et olym per quandam figuram prefigurantum erat
Antiquus miles strenuus celatus fuit imperator iulio
Qui infidelis et inutilis fuisset romano imperio

Qua propter ille se exuens nudus coram imperatore stabat
Et ei cicatrices vulnerum coram omnibus ostendebat
Dixit quod non esse opus verbis se expurgare
Cum cicatrices viderent eius fidelitatem acclamare
Quod videns cesar eius excusacionem approbabat
Et eum fidelem militem et strenuum affirmabat
Pulchre christus prefiguratus fuit per istum antiprem
Quia ipse semper pro nobis stat ante suum patrem
Et cicatricibus suis ostendit se militem strenuum fuisse
Et mandatum patris eius tamquam fidelis miles implevisse
Qua propter deus tam fidelem militem non cessat honorare
Et quocumque petierit paratus est sibi dare
Quam fidelis et strenuus miles christus erat
Hic in cicatricibus suis in trentatis vestibus apparebat
Omnia eius in dumenta erant sanguinolenta
Sicut sunt uvas calcantium in dumenta
Ideo querebant angeli quare in dumentum eius esset rubrum
Sic in torculari uvas calcantium
Qui respondit quod torcular passionis ipse solus calcasset
Et de omnibus gentibus ubi secum non fuisset
Et nobiliter dixit quod de omnibus gentibus ubi secum non fuerat
Sed tamen unita virgo et maria secum permansit
Miles iste scilicet christus factus more alamanico
Vincitacione militis solet dari ictus in collo
Sed miles iste christus non recepit tamen colaphum unum
Sed colaphorum et alaparum quasi in finitum numerum
Dextrarius suus erat asinus cui insedit in die palmarum
Campus prelii in quo pugnabat erat mons calvariarum
Hasta eius fuit longini militis lancea
Corona de acutissimis spinis erat sibi pro galea
Signum suum ornamentum galee fuit tabula tituli
Balthe eius orat ligamenta et funiculi
Patibulum crucis habebat pro clipeo et scuto
Pro calcaribus usus est clavo ferreo uno

Porrita sua qua totum corpus tegebat
Erat cutis propria que in flagellatione totaliter concutiebatur
Gladius suus erat sancta doctrina quam docebat
Et pro cirothecis manum duos clavos ferreos habebat
Armiger eius erat beatissima virgo maria
Que omnia arma eius gerebat compassione pia
Sic enim armiger ionathe in necessitate sibi astitit
Ita armiger christi in passione sibi fideliter affuit
Vexillum predicti militis scilicet christi duorum erat colorum
Quia in parte erat candidum in altera rubicundum
Erat enim factum ex alba veste qua illusus fuit ab herode
Et coclinea qua illusus fuit in coronatione
Cum predictis armis miles iste tam fideliter laboravit
Quod per mortem suam omnes inimicos suos superavit
Post hec cum triumpho victoriosus in celum ascendit
Et patri suo cicatrices vulnerum pro nobis orans ostendit
Si quis ergo peccaverit licet in mirabiliter tamen non diffidat
Sed in habet fidelissimum intercessorem confidat
Si enim in patrem vel in spiritum peccavimus
Christus potest nos reconciliare et in hoc non diffidamus
Et si peccaverimus in filium hoc est in ihesum christum
Habemus advocatam fidelem que intercedit pro nobis apud ipsum
Christus ostendit patri suo cicatrices vulnerum que collaverit
Maria ostendit filio suo ubera quibus ipsum pavit
Sic ergo potest convenienter antipater appellari
Ita maria antifilia convenienter nuncupari
O fidelissime antipater et o fidelissima antifilia
Quam summe necessaria sunt nobis miseris nostra auxilia
Quomodo potest ibi esse aliqua abnegatio
Ubi tam dulcissima est interpellatio sive supplicatio
Quomodo enim possit clemens pater talis filii preces removere
Que videt propter mandatum suum tales cicatrices habere
Quomodo possit talis filius tali matri aliquid negare
Quos constat se mutuo tamquam seipsos amare

Nulli dubium quin deus semper exaudiat marariat
Quam pro omnibus mortalibus constituit celi reginam
Istud prefiguratum olim per ostensum fuit in regeassuero
Qui dixit dixit ad reginam hester petens quam in caluisset in ero
Pete a me quocumque volueris
Et si dimidium regni mei petieris in petrabis
Tunc illa petiit populum suum ab iniquo aman defendi
Quem rex stans precepit in patibulo suspendi
Hester de gente iudeorum pauperculam puellam fuerat
Et rex eam pro omnibus eligit et reginam constituit
Ita deus pro omnibus virginibus mariam elegit
Et reginam celi ipsam constituit et fecit
Et per eius intercessionem hostem nostrum condempnauit
Et ipsi marie dimidium regni sui donauit
Deus enim regnum suum in duas partes diuisit
Vnam partem sibi retinuit et aliam partem marie commisit
Due partes regni celestis sunt iustitia et misericordia
Per iustitiam minatur nobis deus per misericordiam succurrit maria
O bone ihesu exaudi clementer pro nobis tuam patrem
Exaudi libenter supplicantem pro nobis tuam matrem
In precedenti capitulo audiuimus quod xpistus non cessat pro nobis orare
Consequenter audiamus quam in districte volet in iudicio iudicare
Et hoc xpistus in quadam parabola proponebat
Quando in hoc mundo predicando turbas docebat
Dixit enim de homine volente in regionem longinquam ire
Accipe sibi regnum et iterato redire
Qui tradidit seruis suis decem minas ut cum eis lucrarentur
Et quando rediret cum lucro sibi redderentur
Abiit ergo illuc et accepto regno rediit
Et ab vno quoque vnam minam cum lucro repetiit
Qui multum acquisierat multum remunerauit
Qui autem minus illi mercedem minorem redonauit
Illum vero qui vnam sine lucro restituit
Non contentus in hoc pro lucro neglecto ipsum puniuit

Hoc modo xpt in die iudicij iudicauit
Quia secundum quantitatem lucri unumquemque remunerabit
Qui autem nichil fecit non solum nichil recipiet
Sed et suam negligentiam in inferno perpetuo luget
Non mihi satis est quod hoc homo peccata dimittat
Sed oportet et quod bona opera faciat
Austerus iudex metet ubi non seminauit
Sed et a paganis queret bona opera quibus nullus predicauit
Quanto magis a xpianis vult bona opera extorquere
Quibus tot salutaris documenta dignatus est exhibere
Ipse ostendet peccatoribus vulnera et passionis arma
Ut videant quanta propter eos sustinuit tormenta
Omnia enim arma xpi contra peccatorem stabunt
Et omnia vulnera eius super eum vindictam clamabunt
Omnes creature ad impugnandum eum armabuntur
Et omnia elementa contra ipsum querelabuntur
Terra querulabitur quod ipsum portauit et fructibus pauit
Et ipse tamquam sterilis arbor eam inutiliter occupauit
Ignis querulabitur quod calore et lumine sibi prebebat
Et ipse iterum lumen creatorem suum agnoscere nolebat
Aer querulabitur quod ad spiramen suum fuit paratus
Et ipse de tanto beneficio deo suo fuit ingratus
Aqua querulabitur quod ipsum potauit et piscibus satiauit
Et ipse creatori suo seruire non curauit
Angelus suus querulabitur quod ipsum semper custodiuit
Et ipse propter dei et sui presentiam turpiter peccare non timuit
Mater misericordie que nunc omnibus peccatoribus est parata
Tunc nullius erit adiutrix neque aduocata
Piissimus filius qui mortem pro peccatoribus sustinuit
Tunc de interitu et dampnatione eorum ridebit
Demones omnia peccata quantumcumque occulta denudabunt
Et angeli omnia bona neglecta ibi recitabunt
Xpt qui nunc piissimus est tam districte iudicabit
Quod nec preces nec propter aliquorum lacrimas sententias mutabit :-

p^a figura

Dicit Maria et omnes sancti eius sanguinem flerent
Unam animam dampnatam liberare non valerent
Severitas districti iudicii in x virginibus demonstrantur — secunda figura
De quibus in eo parabolam quidam recitatur
Prudentes virgines fatuis oleum dare noluerunt
Nonne innuitur quod sancti dampnati in nullo condolebunt
Oleum misericordie ipsis omnino dare negabant
Et de in vindicta in eis facta letabantur et exultabunt
Prudentes et virgines fatuis subsanabant et deludebant
Nunc eas advenditores olei ne videbant
Ita sancti tunc dampnatos videbuntur illudere
Et eos advenditores olei mittere quasi velint dicere
Vos vendistis eterna gaudia pro voluptate vana
Ite modo advenditores et emite vobis alia
Omnes elemosinas et bona que aliquando fecistis
Plaude humana et gloria vana vendidistis
Quod prodest vobis nunc superbia vestra et gloria vana
Ubi est nunc omnis placencia et laus humana
Videte nunc quantum valent bona que vendidistis
Et quantum prosunt vobis omnia transitoria que recepistis
Nunc autem fatue misericordiam querebant ipsi prudentibus non inveniebant
Apud sponsum misericordiam et sibi aperiri petebant
Nullam vero misericordiam apud ~~[illegible]~~ ipsum invenerunt
Sed amen dico vobis nescio vos ab ipso audierunt
Ita contingit in die iudicii ipsis peccatoribus
Non invenient misericordiam apud sanctos eius nec apud deum eius
Modus et iudicandi in illa scriptura prefigatus erat — iii figura iii figura
Quam manus dei contra regem balthazar scribebat
Mane techel phares in pariete scribebat
Que appensio vel divisio interpretatur
Iudicium enim domini tractabitur per numerum et appensionem
Et consummabitur per malorum et bonorum perpetuam divisionem
Dominus enim secundum numerum meritorum quolibet iudicabit
Quia omnia opera nostra et verba numerabit :-

Omnis et cogitaciones conatus et gressus ipse dicauit
Omne tempus uobis in pensum quo expensum ipse considerauit
Ipse et numerauit omnia dona que recepimus
Qualiter expendimus et quo et quamdiu possidimus
Omnia autem hec predicta que nunc numerat sunt in statera pendet
Et cuius valoris sint coram omnibus ostendet
Tunc statim ponderis erit obulus pauperculi hominis
Sicut mille calenta auri pape uel imperatoris
Plus ponderat omnium sine mortalibus largitum
Nam cum mortalibus aurum infinitum
Plus ponderabit unum pater noster dictum cum deuocione
Nam integrum spaciatum cum tedio et sine attencione
Ad ultimum autem phares hoc est diuisio sequitur
Quia numerus dampnatorum consortio dei et sanctorum dividetur
Tunc ibunt dampnati cum demonibus in perpetuum in fernum
Boni autem intrabunt ad gaudium domini sempiternum
Ad quos perducere dignetur ihesus xpistus rex celorum
Qui cum patre et spiritu sancto sit benedictus in secula seculorum
Precedenti capitulo audiuimus de extrema examinacione
Consequenter audiamus de malorum et bonorum remuneracione
Deus nunc clementissimus est in oblacione beneficiorum
Sed in futuro erit iustissimus in retribucione stipendiorum
Quia igitur homo meruit et demeruit anima simul et corpore
Ideo in futuro puniet uel remunerabit simul in utroque
Corpora enim animabus suis remunera
Et simul remunerabuntur uel simul punientur
Corpora dampnatorum resurgunt deforma et passibilia
Corpora uero bonorum resurgunt pulchrum et impassibilia
Cum tanta formicate corpus dampnati resurget
Quia propriam manum uel pedem uidere abhorret
Quanto fuerunt crimina malorum abhominabiliora
Tanto erunt corpora eorum deformiora
Et quanto fuerunt merita iustorum plura et maiora
Tanto erunt corpora pulchrum et clariora

nomo quantitas ad ligam

Corpus minimi pueri qui in celo fuit
Septempliciter clarior sole erit
Si alius fuit in decuplo clarior illo
Si alius centies scior illo fuit
Illius corpus centies clarior erit
Et alius fuit millesies scior
Illius corpus millesies erit clarior
Et sic xpus est infinities ~~[illegible]~~ omnibus scis ~~[illegible]~~ scior
Ita est infinities corpus eius omnibus scis clarior
Corpora sanctorum in futura vita glorificabuntur
Et quatuor dotibus a domino dotabuntur
Prima dos est caritas sive impassibilitas
Tercia subtilitas quarta agilitas
Hoc quatuor dotes iam pretaxate
Fuerunt olim in corpore xpi quodammodo prefigurate
Claritatem enim ostendit in sua transfiguratione
Nam facies eius resplenduit clarior sole
Subtilitatem ostendit in sua nativitate
Nam natus fuit de matre salva virginali integritate
Agilitatem et tunc demonstravit
Nam super undas maris sictis pedibus ambulavit
Impassibilitate quodammodo in cena ostendit
Nam corpus suum ad manducandum discipulis dedit
Nec et beatorum donantur triplici dote
Videlicet cognitione delectatione et comprehensione
Nec autem et corpora malorum non dotabuntur
Sed sine intermissione eternaliter cruciabuntur
Sicut enim predicaverunt contra dominum suum eternum
Ita punientur adeo in inferno sempiternum
Dampnati numquam habebunt de peccato suo penitentiam
Et ideo deus numquam mutabit punitionis sententiam
Tam magna et incurabilis est pena inferni
Quia nulla pena huius mundi potest ei comparari
Omnia tormenta que in mundo sunt illata

Ad
Ni n sunt penis infernalibus comparata
Ysaias fuit serratus semnas lapidatus
Amos per tympora transfixus ezechiel exterbatus
Paulus et virgis cesus semel lapidatur
Quinquies quadragenas una minus accipiens decollatur
Sanctus Jacobus martir qui dicitur intercisus
Membratim fuit cultris et novaculis divisus
Bartholomeus fuit excoriatus petrus crucifixus
Laurencius assatus petrus martir gladio confixus
Et si possent hec modo singula tormenta martirum mirari vel enarrari
Tamen omnia non possent minime pene inferni comparari
Omnia n ista tormenta sunt transitoria et brevia
Sed tormenta dampnatorum sunt infinita et perpetua
Vruntur n igne qui numquam extinguetur
Et roduntur vermi qui numquam morietur
Verinis iste non putandus materialis
Quia ibi non erit vita alicuius animalis
Vermis ergo est remorsus conscientie
Qui mordebit animas dampnatorum sine fine
Ibi erit aspectus demonum terribilis
Frigus et stridor dentium fames et sitis
Clamor horror timor et tremor
Vincula et carcer sulphur et fetor
In vidia et maledicto fumus et tenebre
Pudor et confusio lamentacio et lacrime
Desperacio liberacionis et omnis consolacionis
Nulla intermissio continue punicionis
i figura Vindicta dei contra dampnatos iam narrata
Fuit olym in david et in urbe rabach prefigurata
Populum huius urbis david terribiliter puniuit
Quosdam seravit quosdam cultris membratim divisit
Super quosdam fecit carpenta ferrata sic transire
Quosdam per trahans discipulus fecit interire
ii figura Istud et figuratum est in viris Sochot et gedeone

In quodam se fortiter vindicavit pro sua derisione
Populus urbis sochot quadam vice gedeonem deridebat
Et ipse statim se non iudicans ad expectabat
Post hec rediens derisores suos horrendissime puniuit
Nam spinis et tribulis ipsos discipit et contriuit
Sic xpus suis derisoribus i. peccatoribus faciet
Modo non statim se iudicat sed in posterum se iudicet
Dicit enim sapiens quod parata sunt tormenta derisoribus
Et mallei percutientes stultorum corporibus
Istud et prefigurauit egyptii et pharao in figura
Quos dominus omnes conclusit sicut in mari rubro
Sic dampnati cum demonibus et lucifero
Adultimum sicut omnes concludunt in inferno
O bone ihesu propter tuam amarissimam passionem
Longe fac a nobis illam miserabilem conclusionem
In precedenti capitulo audiuimus de pena dampnatorum
Consequenter audiamus de gaudiis beatorum
Gaudia beatorum tam multa sunt quod nequeunt numerari
Tam immensa et tam magna sunt quod nequeunt mensurari
Tam ineffabilia sunt quod nequeunt enarrari
Gaudia que deus diligentibus preparauit
Oculus non vidit nec auris audiuit nec cor cogitauit
Ibi est omnis pulchritudo et amenitas visui
Ibi est omnis armonia et melodia resonans auditui
Ibi est omne delectamentum sufficiens olfactui
Ibi est omnis suauitas delitie prebens tactui
Ibi est omnis dulcedo influens gustui
Ibi est perfectissimum vinculum amoris mutui
Ibi cognoscemus dei patris potentiam
Filii sapientiam spiritus sancti benignissimam clementiam
Ibi erit omnium bonorum affluentia
Ibi erit omnium malorum omnimoda absentia
Ibi erit requies eterna sine labore
Tam durabilia sunt quod nequeunt terminari

Ibi erit pax et securitas sine terrore
Ibi demon nulle erunt in sidie neque in pugnacio
Ibi neque mundi neque carnis erit temptacio
Ibi erit sapiencia sciencia sine ignorancia
Ibi erit amicicia et caritas sine invidencia
Ibi erit sanitas perpetua sine egritudine
Ibi erit fortitudo stabilis sine lassitudine
Ibi erit lux perpetua et claritas sine nubilo
Ibi erit pulchritudo et decor sine deformitate
Ibi erit agilitas et velocitas sine tarditate
Ibi erunt divicie et potencia sine defectu
Ibi erunt glorie et honorificencie sine despectu
Ibi est flos iuventutis que numquam marcescit
Ibi est vita semper virens que in omni criminum nescit
Ibi longevitas nachusale nix nuncius videtur
Ibi fortitudo sampsonis paralisis reputaretur
Ibi velocitas asaphelis et morosa tarditas
Ibi sanitas caleph esset mortalis infirmitas
Ibi deformitas videretur pulchritudo absolonis
Ibi stulticia reputaretur sapiencia salomonis
Ibi consilium yethro et antycophel esset vanitas
Ibi sciencia aristotilis et philosophorum esset rusticitas
Ibi artifices optimi iram tubalchani et neomia
Beseehel et colyab arguerent de ympericia
Ibi cytra david et musica iubal esset absurditas
Ibi manna et vinum factum in chana esset acerbitas
Ibi paradysus ade et terra promissionis esset desertum
Ibi delicie ecclesiastes et cocinus mundi essent absinthium
Ibi regnum octaviani carter et exilium videretur
Ibi thesauri cresi et anchi xpi paupertas iudicaretur
Ibi eris o homo dicior et potencior creso et augusto
Cyro et nabuchodonosor balthazar et allexandro
Ibi fortior sampsone sangar et abysai
David et semmaia banania et sobochay

Ibi eris pulchior sampsone yoseph et moyse
Indith susanna rebecca sara et rachahele
Ibi longevior enoth elya et machusale
Ibi velocior asehele crisi hercule et et sole
Ibi sapiencior salomone et augustino
Gregorio Jeronimo ambrosio thoma de aquino
Ibi clarius contemplabis dominum quam petrus johannes et iacobus
Ezechiel moyses ysayas et stephanus
Figura huius eterne glorie potest gloria salomonis esse
Quia nullum legimus in tanta gloria vixisse
Nullum invenimus in tantum fretum deliciis fuisse
Nullum invenimus tantis habundasse divitiis
Regina saba audita eius fama ierusalem perrexit
Et visa eius incredibili gloria pre stupore dixit
Maior est gloria tua quam rumor quam audivi
Et probavi quod media pars non est nunciata michi
Ita fatebitur anima tua ad celestem gloriam pervenit
Quod media pars immo millesima sibi nunciata non sit
Universa terra desiderabat videre faciem salomonis
Et hoc bene videtur prefigurasse faciem salvatoris
Omnis enim iocunditas et omne gaudium celi
Consistit in conspectu illius iocundissimi faciei
Melius esset in inferno anime esse et eam videre
Quam in celo et eius melliflua visione carere
Nam exempti in inferno nullam sentiunt penam
Si videret illam faciem delectabilem et amenam
Secunda figura illius potest convivium regis asueri esse
Quia nullum legimus tam solempne convivium fuisse
Ad hoc convivium non solo magnates vocabantur
Sed omnis populus tam viri quam femine invitabantur
Sic deus fecit grande convivium et omnes vocat ad se
Transite inquit omnes ad me qui concupiscitis me
Convivium asueri c. lxxx. diebus duravit
Sed istud perpetuo durabit quod nobis xpus preparavit

r influxit

iij figura

Tercia figura pt accipi in conuiuiis filiorum iob iij figura
Quia nullos legimus tam continua conuiuia fecisse et tot
Septem erant filii et singuli suo die conuiuium parabant
Et uocantes tres sorores suas continue conuiuabant
Pista conuiuia intelligamus celestem iocunditatem
Per circuitum vij dierum perpetuam eternitatem
Septem filii possunt esse sancti vij etatum
Tres filie virtutes angelice cum ierarchiarum
Omnes habent sine intermissione semper conuiuia
Omnes semper erant in sempiterna leticia
O bone ihesu propter tuam benignissimam bonitatem
Perdut nos ad illam perpetuam iocunditatem
In pretendenti capite audiuimus de collaudabili pena dampnatorum xli
Consequenter audiamus quo penam euadamus
Et de ineffabili gaudio et premio beatorum
Et ad gloriam beatorum feliciter peruenire valeamus
Qui ad eternam gloriam beatorum desiderat peruenire
Debet dominum ex toto corde diligere et sibi fideliter seruire
Et quicumque nouit deo esse acceptus
In eo debet sibi seruire libenter et diligentius
Quidam homo deo deuotus in cellula residebat
Qui domino deo ex toto corde seruire satagebat
Hic exorabat dominum continuis et deuotis precibus
Ut sibi reuelaret quod seruitium esset sibi acceptius
Quadam uice vidit dominum ihesum christum ad se uenientem
Et magnam crucem baiolandem et sibi dicentem
Non poteris mihi gratius et acceptius seruitium prestare
Quam quod uides me gratiam crucem portare
Qui respondens in quo oro domine me dilectissime doce me
Quibus modis debeam tecum crucem tuam baiulare
In corde inquit dominus per cordacionem et passionem
Et in ore per crebram et deuotam gratiarum actionem
In auribus per penarum uicarum feruentem auditionem
In dorso per proprie carnis tue assiduam castigacionem

Ut igitur eternam penam dampnatorum euadere valeamus
Et ad perpetuam gloriam beatorum peruenire valeamus
Saluatori nostro corde ore opere gratias agamus
Et ad honorem passionis eius has orationes dicamus

Gratias ago tibi domine benedicte mi ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora diei vespertina dilectione tuam mihi exhibuisti
Nunc mihi exemplum perfectissime humilitatis ostendisti
Tu dilectissime domine pedes seruorum tuorum lauisti
Et pedes traditoris tui abluere et tergere non sprenisti
Rogo te domine per hanc humilitatem super habundantissimam
Ut repelles a me omnem superbiam et arrogantiam
In funde cordi meo veram et perfectam humilitatem
Per quam ascendere possim sursum ad celestem sublimitatem
O dulcissime domine et libenter tibi gratias dicerem
Si scire si dignus essem ut sufficerem
Pro tam inestimabili et ineffabili dilectione
Quam michi exhibuisti in tua sanctissima communione
Corpus tuum sanctum mihi misero in cibum dedisti
Et sanguinem tuum pretiosum mihi indigno in potum dedisti
Quis sufficit tam in mensissimam dilectionem enarrare
Si centies millesies corpus meum morti traderem
Pro tam mirificis beneficiis tuis quasi nichil facerem
Per hanc mirabilem dilectionem te piissime domine rogo
Per hec stupenda beneficia dilectissime ihesu exoro
Ut in hora mortis mee mihi tuum sacramentum subueniat
Et ad tuam mellifluam presentiam feliciter perducat
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus ihesus xpus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen

Gratias tibi ago mi domine ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora completorii dilectionem tuam mihi ostendisti
Nunc propter me contremisti et sudorem sanguineum fudisti
Ad locum illum accessisti sponte et voluntarie

Ubi inimici tui uolebant te capere et ligare
Benignissimam mansuetudinem ibidem demonstrasti
Quando traditori tuo os tuum ad osculum non negasti
Iudei quibus ostendisti sepissime magnam dilectionem
Ceperunt et ligauerunt te tamquam furem et latronem
Discipuli tui qui dixerant se uelle tecum ire in mortem
Omnes fugerunt a te quando uidebant ostium coortem
Tu dilecte domine solus inter hostes tuos remansisti
Nullum ad mortem nullum defensorem habuisti
Cum gladiis et fustibus et lucernis et facibus es captiuatus
Cum multis contumeliis et iniuriis anne prius es presentatus
Ille te de doctrina tua et discipulis interrogauit
Quod doctrinam tuam et discipulorum tuorum reprehendere affectauit
Sed tu domine pie cum mansuetudine respondisti
Et a seruo eius alapam tibi datam humiliter sustinuisti
Odiosissime domine per sudorem tuum sanguineum te rogo
Per captiuitatem tuam et uincula te exoro
Nostis absoluas me a uinculis omnium delictorum meorum
Et perducas me post hoc exilium ad gaudium beatorum
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum es benedictus amen
Gratias tibi ago domine mi benedicte ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus uere
Quod hora matutina dilectionem tuam mihi ostendisti
Nunc propter me in domo cayphe illudi uoluisti
Ibi principes et seniores populi congregati fuerunt
Et contra te causas et testimonia quesierunt
Sed nullam causam mortis iustam inuenire potuerunt
Quia omnia testimonia eorum insufficientia erant
Cumque cayphas quesisset si filius dei uiui esses
Et tu filium dei uiui confessus te esse fuisses
Hic iustam causam mortis esse iudicauerunt :-

Reus est mortis omnis contra se exclamaverunt
Faciem tuam amabilem et gloriosam velaverunt
Colaphis et alapis multimodis cruciati te verberaverunt
Dixerunt quod te ipsis debere prophetizare
Et quis esset qui te percussisset deberes enarrare
Faciem tuam delectabilem inquam desiderabant angeli perspicere
Non sunt veriti malare suo nephando sputamine
Oculos tuos lucidiores sole qui tuncta conspiciunt
Obumbrare velamine et execrare in sunt
Odiosissime dne rogo te per velamen oculorum tuorum
Per contumeliam colaphorum alaparum et sputorum
Ut dimittas mihi contumeliam omnium criminum meorum
Qui ego misericordiam perpetui in conspectu oculorum tuorum
Qui nobis omnibus prestare dignetur dns noster ihesus xpus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen
Gratias tibi ago dne benedicte mi ihesu xpe
Quia tu es deus meus et salvator meus vere
Qui hora diei prima dilectionem michi ostendisti
Quando propter me ab herode et exercitu suo illudi voluisti
Cum non per totam noctem in domo caiphe esses illusus
Mane facto ad presidem pylatum es perductus
Qui audiens te esse hominem galileum
Misit te herodi quia iudicium talium pertinebat ad eum
Herodes gavisus est speravit a te videre aliquod signum
Quia putabat te esse nigromanticum et malignum
Plebs iudaica astans coram herode te accusabat
Et herodis multis sermonibus te interrogabat
Tu vero nichil verbum ei respondere voluisti
Quia tu eius maliciosam intencionem cordis cognovisti
At ille induit te alba veste pro derisu et contumelia
Et tamquam non sane mentis homini illusit tibi cum sua familia
Post illusionem remisit te ad iudicium pylati etc



Et ita sunt inimici simul reconciliati
Et omnia sustinuisti pie domine cum patientia nimia
Non propter tuas culpas sed propter mea scelera rosa crimina
Phas contumelias rogo te pie domine tuam benignam clementiam
Mens mihi confers in omnibus tribulacionibus veniam patientiam
Ut in hac vita adversitates istas valeam collaudare
Ut tecum in regno tuo in perpetuum merear habitare
Et nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen

Gratias tibi ago domine benedicte nunc ihesu xpe
Quia tu es deus meus et salvator meus vere
Qui hora dierum dilectionem michi ostendisti
Nunc propter me flagellari et spinis coronari voluisti
Tamquam maleficum columpnam te ligaverunt
Virgis et flagellis cum inhumanitate te percusserunt
Et in toto corpore tuo nulla sanitas erat
Et sanguinis tuus preciosus ex ipso rivulanti effluebat
Coronam de acutissimis spinis plectebant
Et eam capiti tuo loco diadematis imponebant
Veste coccinea pro pallio regali te induebant
Arundinem pro ceptro regio in dextra tua dederant
Et coram te genua flectentes te salutabant
Et subsanatorie te regem iudeorum vocabant
Caput tuum venerandum arundine percutiebant
Colaphis et alapis te cesis et conspuebant
Sputis eorum tuo sanguine admixtis maculabaris
Et tamquam leprosus aspectu horribilis videbaris
Odulcissime ihesu rogo te per tuam crudelissimam flagitacionem
Et exoro per tuam amarissimam coronacionem
Mens veli noli me ita digneris hic flagellare
Ut in futuro flagellis iracundie tue non merear vapulare
Ut et flagella acerbi purgatorii non sentiam
Sed sine omni flagello ad eternam pervenire valeam :-

Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen
Gratias tibi ago benedicte domine ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora diei sexta dilectionem mihi ostendisti
Quando propter me morti adiudicari et crucifigi voluisti
Postquam multas accusationes pylatus manus suas lauit
Et te impatibilem crucis suspendium sententiauit
Crucem tuam cuius humeris baiulandum imponebant
Et hic ad maiorem tuam contumeliam faciebant
Super crucem te extendentes funibus traxerunt
Manus et pedes tuos clauis ferreis fixerunt
Postquam hic in altum cum cruce te erexerunt
Et diuersis sub sanationibus et kachumis te derisunt
Ibidem pie domine dilectionem tuam maximam ostendisti
Quando pro ipsis patrem tuum suppliciter exorasti
Preterea hic dilectissime ihesu aliam penam sustinuisti
Quando matrem tuam iuxta crucem amarissime respexisti
Ad ampliandam contumeliam duos latrones adducebant
Et te in medio ipsorum tamquam consortem suspendebant
Quorum vnum in mississimam misericordiam tuam ostendisti
Cui in extremis contritionem immisisti in paradysum promisisti
Adulcissime domine rogo te per sanam super datam
Et exoro te per omnem penam tibi in nocentem illatam
Vt me ab horribili pena sinistrorum eripias
Et ut collegio dexterorum in regnum tuum intromittas
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus noster ihesus xpistus
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum benedictus amen
Gratias tibi ago domine benedicte mi ihesu xpe
Quia tu es deus meus et saluator meus vere
Qui hora diei nona dilectionem tuam michi ostendisti
Quando propter me in crucis patibulo mortuus fuisti
Lamentationem nimis miserandam planxisti
Quando heli heli lamazabachani dixisti
Deus meus deus meus ut quid derelinquisti me

Cum tu deus tuus nunquam fuit separatus a te
O dulcissime dne mi dixisti sitio
Et dabant tibi vinum mirratum cum aceto et felle mixto
Diversimodis derisionibus contra te blasphemaverunt
Omnes quas potuerunt contumelias tibi intulerunt
Quod hoc amantissime ihu consumatum est dixisti
Et spiritum tuum patri commendans mortuus fuisti
Tunc latus tuum lancea perforaverunt
De quo sanguis et aqua in medicamentum meum effluxerunt
Omnes creature cum compati et condolore videbantur
Sol obscuratus est et petre scindebantur
Tremor motus factus est et monumenta aperta fuerunt
Et multa corpora sanctorum post resurrectionem tuam resurrexerunt
Opie dne rogo te per mortem tuam amarissimam
Quis infundas mihi tuam gratiam benignissimam
Ut ita valeam te diligere et taliter servire
Quod post hoc exilium ab eorum gloriam meream pervenire
Quod nobis omnibus prestare dignetur dns noster ihesus xpus
Qui cum patre et spiritu sancto in pace est benedictus amen
In precedenti capitulo audivimus de septemplici gratiarum actione
Quas dno ihu xpo dicere debemus pro sua passione
Consequenter audiamus vij salutacionis et orationes mellifluas
Quod dicende sunt beate virgini propter vij suas tristicias
Sicut enim dno est gratum suam passionem et penas recordari
Ita est gratum beate virgini suas tristicias medicari
Fr. quidam in ordine predicatorum erat
Quod dnm ihm xpm et matrem eius multum diligebat
Hic meditacionibus crebro versabantur circa xpi penas
Et circa dulcissime matris eius dolores et tristicias
Hic in orationibus suis dnm flagitabat assidue
Ut sibi de penalitatibus sensum aliquid daret sentire
Tandem dns suis piis peticionibus acquievit


Cod. chart
CXLIII
X
CXLIII
CXLIV



Reus est mortis omnis contra se exclamaverunt
Faciem tuam amabilem et gloriosam velaverunt
Colaphis et alapis multimodis tractati te verberaverunt
Dixerunt quod te ipsis debere prophetizare
Et quis esset qui te percussisset debeas
Faciem tuam delectabilem inquam de
Non sunt veriti malare suo nephan
Oculos tuos lucidiores sole qui tu
Obumbrare velamine et execrare
Dilectissime domine rogo te pervelam
Per contumeliam colaphorum alaparum
Ut dimittas mihi contumeliam omnem
Quia ego miserrimus perpetravi in conspectu
Quia nobis omnibus prare dignetur di
Qui cum patre et spiritu sancto in perpetuum b
Gratias tibi ago domine benedicte mi i
Quia tu es deus meus et sal
Qui hora diei prima dilectum m
Quando propter me ab herode et exercitu
Cum non per totam noctem in domo c
Mane facto ad presidem pylatum es
Qui audiens te esse hominem galile
Misit te herodi quia iudicium talium p
Herodes gavisus est speravit a te vid
Quia putabat te esse nigromant
Plebs iudaica astans coram ho
Et herodis multis sermonibus te inte
Tu vero nichil verbum ei respondere vol
Quia tu eius maliciosam intencion
At ille induit te alba veste p
Et tamquam non sane mentis homini illus
Post illusionem remisit te ad iudi